



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiæ Augustæ Scriptores VI

Ælius Spartianus. Vulc. Gallicanus. Julius Capitolinus. Trebell. Pollio. Ælius
Lampridius. Flavius Vopiscus

Spartianus, Aelius

Lugduni Batavorum, 1671

Ælii Lampridii Antoninus Heliogabalus, Ad Diocletianum Aug.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51177)

navit exercitus. ¹ Is filius ² Bassiani Caracallæ ferebatur. Erat autem templi Heliogabali sacerdos, homo omnium impurissimus, & qui fato quodam Romanum deformaverit imperium. ³ De quo quidem, quia multa sunt dicenda, loco suo differam.

¹ Is filius fuit Bassiani Caracallæ.]

Caracalli.

heic & supra semper Caracalli.

³ De quo quidem quia multa sunt dicenda, loco suo differam.] Vox dicenda non agnoscitur à Palatino, neque admodum requiritur.

GRUTERUS.

² Bassiani Caracallæ.] Palatinus &

¹ Æ L I I L A M P R I D I I
² ANTONINUS HELIOGABALUS,
A D
DIOCLETIANUM AUG.

¹ ³ VITAM HELIOGABALI ANTONINI impurissimam, qui Varius etiam dictus est, nunquam

SALMASIUS.

¹ Æ L I I L A M P R I D I I.] Non Lampridio sed Spartiano ascribunt hanc vitam vetustissima Spartiani excerpta.

GRUTERUS.

³ VITAM HELIOGABALI ANTONINI, qui Varius etiam dictus est.] Est quidem interjecta vox in vulgatis, impurissimam; sed ea non comparet in membranis Palatinis: neque adeo desideratur. toties enim de eo supra loquutus fuit, ut supervacuum fuerit heic id iterum inculcare.

CASAUBONUS.

² ANTONINUS HELIOGABALUS.] Syrus homo de Syriaci idoli nomine ita dictus. ei deo fictitio nomen אלה גבל Alah Gabal. quasi dicas Deus montis. אלה Syris, ut & Arabibus אל generale dei vocabulum est. ideo dubitatum à Capitolino & Lampridio de hoc Syrorum idolo,

Sólne esset an Jupiter. sed tollunt omnem dubitationem lapides, in quibus conjunctim SOL, ALAGABALVS nominatur. extant & nummorum hæc inscriptio: SACERD. SOLIS. DEI. ELAGAB. præterea Dio & Herodianus Η'λιος sine dubitatione ulla interpretantur. Fleraque gentes Orientis præcipuo cultu Solem veneratas esse, cum alia multa testantur, tum etiam ex hoc nomine potest colligi: ut enim Athenienses ἡλιόθεον simpliciter cum dicerent, Minervam intelligebant; sic isti Solem communi nomine אלה DEVM dixerunt. nam quod videntur Dio & Herodianus existimasse, lingua Syrorum vel Phœnicum hæc appellatione communiter solem dici, hoc nisi commode accipiat, scimus esse falsum: aliter enim Hebrai, Syri, & Arabes solem nominant. hoc tantum est verum, locum fuisse quendam in Syria ubi sub eo nomine deus Sol coleretur. Porro in monte positum fuisse istud

istud simulacrum, altera pars nominis hujus declarat: nam Syris ܠܘܓܒܐܠ , & Arabibus quoque جبل montem significat. Ex historia sacra & prophetarum vaticiniis notum est, solitos veteres populos Orientis suorum deorum simulacra in locis excelsis dedicare. Sic fere DEVS CARMELVS dicebatur illud idolum, quod in monte Carmelo adem suam habebat. meminit illius Suetonius in Vespasiano. Fueritne HALAGABAL peculiaris eorum Gabalitarum deus, quorum in sacris literis habetur mentio, quærit explicatque illustrissimus Scaliger in opere divino observationum suarum ad Eusebii Chronicon. & Herodianus quidem & Dio, quorum uterque Syriaci hujus dei mentionem facit multam, (Herodianus præsertim; qui etiam lapidem illum cum cura describit, quem pro simulacro ait fuisse in hoc templo:) de loco aliud nihil nos docent; nisi quod afuisse non multum ab Emisse-na urbe, ex Herodiani verbis videtur posse intelligi. Ammianus libro xxvi. Antiochie imperatore Macrino agente ab Emesa Helioabalus exiit Antoninus. Ex Spartiano in extremo Caracalla aliud pronuntians: scribit enim dei hujus templum in eo vico radicibus Tauri subiecto, fuisse, ubi Marcus olim Faustinae suæ in Asia defunctæ ædem posuerat. Halalen Capitolinus eum vicum nominat. videtur ergo is locus esse qui Αλαλῖς in Ptolemæi libris dicitur, ad Euphratem in Palmyrena situs. Et fortasse sicut idolum in montis vertice consecratum Halagabal è re dictum fuit, ita vicus ad radices ejusdem montis situs ALALA est appellatus, quasi dicas vicum Dei dialecto Arabum, quibus erant finitimi Palmyreni. Cæterum in efferendo peregrino hoc nomine, magna apud Græcos & Latinos scriptores est varietas. In Epitoma Dionis Ἡλιογάβαλος locis diversis scribitur: regia ex eodem Dione Excerpta præferunt Ἡλιογάβαλος , quomodo & Zonaras

apud Photium ex Dione, Ἡλιογάβαλος , apud Herodianum est Ἡλιογάβαλος . cæteri, opinor, & Græci omnes Ἡλιογάβαλος , & Latini HELIOGABALVS. quam tamen scripturam viri doctissimi non ferunt in his libris, & jubent ubique mutari. Scimus quidem aliter in literatis saxi, & nummis antiquis reperiri hoc nomen expressum: nam in illis est ALAGABALVS, in his semper, ELAGABALVS, & cum dei nomen est, & cum imperatoris hujus. Sed opponimus his consensum, non dico membranarum, quæ apud hosce auctores nunquam aliter scribunt; verum etiam tor auctorum, Græcæ Latinæque linguæ, qui ita constanter barbarum hoc nomen efferunt. Opponimus etiam consuetudinem scriptorum utriusque linguæ, qui peregrina hujusmodi nomina ita amant enuntiare, ut suæ linguæ quam maxime fieri potest illa accommodent: putabant enim corrumperationis suæ puritatem si nomina barbara non emollirent, prius quam suis scriptis illa infererent. ridet hanc superstitionem Lucianus in quodam inepto historico; quem ait, describentem bella Romanorum cum Parthis, Saturninum Græcè appellasse Κερόνιον , Frontonem Φρόνιον , Titianum Τίτιον , & simili modo cætera nomina depravasse. jure quidem hoc nomine Lucianus illum ineptulum exagitat: sed rectissimo ejus consilio non usos constat neque Græcos neque Latinos historicos: qui, ut notum est eruditibus, aliena nomina descedentes, quam fieri potest proxime ad sonum suæ linguæ, magnas sæpe historiæ tenebras offundunt. Noli dubitare idem & in isto nomine esse factum: vocatumque jam olim à Græcis, quos & Latini sunt secuti Ἡλιογάβαλλον , qui in Epitoma Dionis est Ἡλιογάβαλος . Falluntur igitur, neque indicant recte qui nummorum aut saxorum scripturam in his libris censent resti-

quam in literas misissem, ne quis fuisse Romanorum principem sciret, nisi ante Caligulas, & Neronis, &

Vitel-

tuendam. nam certum est Spartianum, Capitolinum, Lampridium, Victorem utrumque, Eutropium, Ammianum Marcellinum, aliosque è Latinis, cum universa Græcorum cohorte, aliter hanc dictionem scripsisse. Docet hoc & Servius, cum ad septimam Æneidem scribit; *Gabalus Romanus imperator solem se dici soluit: nam Heliogabalus est dictus.* hæc nota Servii plana est, si retineas scripturam omnium librorum, Heliogabalus: aniceps & obscura Latine discantibus, quibus ille scribit, si, ut quibusdam placet, ibi quoque aliter scribas. Sed observa obiter eruditissimi grammatici *ἀνιστορησιων.* nam falsum est quod ait de Gabali appellatione.

SALMASIUS.

2. ANTONINVS HELIOGABALVS.]

De Syriaci Dei nomine dictum esse hunc Heliogabalum viri eruditione præstantes Scaliger & Casaubonus jam docuerunt: Alahgabal enim lingua Syrorum deum montis sonare. sed cujus montis ille deus fuerit, aut à quo monte ita sit appellatus, parum explicant. quod enim Casaubonus sic fere Carmelum Deum fuisse dictum illud Idololum quod in monte Carmelo collocatum erat, opinatur. sed ubi mons Gabal aut Gabalus à quo nomen acceperit hic Alagabalus Deus? Scaliger itaque volebat Alagabalum istum peculiarem Gabalitarum deum fuisse. & hanc sententiam pro verissima amplectitur animadvertionibus in Eusebium. apud me verisimilis quidem habetur. ratione etiam plane caret Deum quem Emisleni colerent, Gabalitarum deum appellatum esse: & tutelare numen Gabalitarum dici, quod in Emislena urbe templum haberet. Heliogabalus autem Emislenus fuit, & in Emisssa urbe sacerdos Dei Alagabali, qui Deus peculiaris fuit illius urbis, ut pluribus infra docebimus. qui po-

tuit igitur fieri, ut Emislenorum Deus vocaretur Deus Gabalitarum? video quid in errore induxerit viros excellentes. nesciverunt Alagabalum proprium ac peculiare fuisse numen Emesenorum, & templum eidem in ea urbe Phœnices maximum magnificentissimumque extititum. Maxima enim Emislena fuit. Herodianus: *Μαισά λυ' ης ονομα η γλυθη Φοινικια εαυ' Εμισσης καλαμης πολειως.* huic dux filia, Sotmis vel Symiamira & Mamma. Mammae filius Alexander. Symiamira Bassianus Heliogabalus dictus. *εραδης η, inquit Herodianus, αυτη ηεη η λικω' τειτον γα επιχρησαι τευβ'ι τη Φοινικαν Φωνη Ελαιογαβαλου καλεντες.* apud Emesam igitur illi Deo sacra, & in eadem urbe templum Alagabali. unde vero Alagabalus sic dictus? Emiseni solem colebant in montis effigie, quem montem celo delapsum credebant. hinc Alagabalus dictus sol apud illos quasi Deus mons. ejus enim simulacrum, erat ingens saxum rude & impositum, in modum plane montis vel rupis. Herodianus: *λιθος επι μεγιστος κρηταθεν επι Φοινικης, ληγον εις οξυτηλα. κανοειδες η αυτη ηη κω. διοπετη δε αυτην ομολογουσιν. εξοχος δε πινος βραχχειας η πινος δεικνυσι.* hæc plane montis vel monticelli effigies. sequitur: *αυτος δε Η λικω' ανεστρεφον ενω ηελευσιν ετω βλεποντες.* ergo sol Alagabalus hinc nuncupatus, quasi Deus mons vel Deus in montis figuram effigatus. hæc enim forma simulacrum ejus, ut liquide liquet ex illis Herodiani verbis. non quaerendum aliud crymon vocis Elagabali vel Halagabali. quæ de Halale vico heic disputant viri eruditissimi, prorsus absurda sunt & falsa, ut ad Aurelianum dicturi sumus.

1. Et

Vitellios, hoc idem habuisset imperium. Sed quum eadem terra ¹ & venena ferat & frumentum, atque alia salutaria, alia contraria, eadem serpentes & ciconias, compensationem sibi lector diligens faciet, quum legerit Augustum, Vespasianum, Titum, Trajanum, Adrianum, Pium, Marcum, contra hos prodigiosos tyrannos. ² simul intelliget Romanorum judicia: quod illi & diu imperarunt, & exitu naturali functi sunt; hi vero interfecti, tracti, tyranni etiam appellati, quorum nec nomina libet dicere. Igitur occiso Macrino, ejusque filio Diadumeno qui pari potestate imperii Antonini etiam nomen acceperat, in Varium Helio- gabalum imperium collatum est, idcirco quod Bassiani filius diceretur. Fuit autem Helio- gabalus, vel Jovis, vel Solis sacerdos, atque Antonini sibi nomen asciverat, vel in argumentum generis, vel quod ³ id nomen usque

¹ Et venena ferat & frumentum & alia salutaria, alia contraria.] Locus hic mala manu se interpolatum clamat, & glossamentis inquinatum, quæ scioli homines nihil ad rem pertinentia de suo insulserunt, quæ omnia explosimus jubentibus optimis membranæ in quibus integer hic locus ita scriptus habetur: sed quum eadem terra & venena ferat & frumentum & alia salutaria, eadem serpentes & cicures, compensationem sibi lector diligens faciet quum legerit Augustum, Vespasianum, Titum, Trajanum, Adrianum, Pium, Marcum contra hos prodigiosos Tyrannos. eandem igitur terram ferre ait venena & frumentum, cum aliis salutari- bus, serpentes & cicures: compen- sati igitur debere frumenta & alia salu- taria cum venenis, sicut cicures & alia animalia ad usum & victum hominis nata, mansuetaque cum aliis feris quæ ad nocendum tantum videntur creata. at illi boni homines nescio quæ contraria nobis huc de suo infererunt: & cum serpentes legissent, suum illis contrarium sta-

tim adjungi debere existimarunt, nempe ciconias, quæ serpentibus & ipsæ victitant, & pullos suos alunt. arguti homines: quasi id ageretur hoc loco. non diu est cum huic lectioni contaminandæ malam manum admovit imperitus corrector. verus enim editio Mediolanensis habet sicut posuimus, & consentit cum scriptis codicibus.

CASAVBONVS.

² Simul intelliget Romanorum judicia.] Victor alter in Caligula: De quo nescio an decuerit memoria prodii: nisi forte, quia jurat de principibus nosse omnia, ut improbi saltem fame metu talia declinent.

GRUTERUS.

³ Id nomen usque adeo curum esse cognoverat gentibus, ut etiam parricida Bassianus, causa nominis amaretur.] Magnum hac in re populum tenent in- temperiæ: quemadmodum contra, quem idem odit, odit usque ad nomen; uti duplici exemplorum serie prodidimus ad Livii lib. 11. cap. 11. m.

D d d 5

x Et

usque adeo charum esse cognoverat gentibus, ut etiam parricida Bassianus causa nominis amaretur. ¹ Et hic quidem prius dictus est *Varius*, ² post *Heliogabalus* à sacerdotio dei Heliogabali, cui templum Romæ in eo loco constituit in quo prius ædes Horci fuit, ³ quem è Syria secum advexit. Postremo quum accepit imperium, *Antoninus* appellatus est: ⁴ atque ipse in Romano imperio ultimus Antoninorum fuit. ⁵ Hic tantum Semiamiræ matri deditus fuit, ut sine illius voluntate nihil in Rep. faceret, quum ipsa meretricio more vivens, in aula omnia turpia exerceret: ⁶ Antonino autem Caracallo stupro cognita, ita ut hinc vel *Varius* vel *Heliogabalus* vulgo conceptus putaretur. Et ajunt quidam, *Varii* etiam nomen idcirco eidem inditum à condiscipulis, ⁷ quod vario semine, de meretrice utpote, conceptus videretur. Hic fertur occiso Macrini factione patre, ut dicebatur, Antonino, in templum dei Heliogabali confugisse velut in azylum, ne interficeretur à Macrino, qui sævissime cum filio luxurioso & crudeli exercuit imperium. Sed de nomine hætenus, quamvis sanctum illud Antoninorum nomen

CASAUBONUS.

¹ Et hic quidem prius dictus est *Varius*.] Causam prætermittit, quam ex Dione accipe: quia Soæmis mater ejus nupserat Οὐάρα Μαρκέλλω Συρῶ ἀνδρῶ. melius Οὐάρα. obscurior causa est, cur ejus avia Julia Mæsa à Lampridio Varia appelletur. ab hoc Variaræ thermæ Romæ nomen invenerunt. earum & in inscriptionibus mentio.

² Post *Heliogabalus*, à sacerdotio dei *Heliogabali*.] Novo exemplo hic fanaticus de nomine ejus dei cujus sacerdos fuit, se quoque dici voluit. quod non minus insolens quam si Jovis sacerdos aut dialis flamen ipsam Jovis appellationem sibi vindicasset.

⁴ Atque ipse in Romano imperio ultimus *Antoninorum* fuit.] Hoc est, octa-

pol-
vus. vide Capitolinum in Opellio Macrino.

⁶ Antonino autem Caracallo stupro cognita.] Jactatum hoc pro tempore: sed falsum esse creditum à plerisque. Dio ἀλάσμεν vocat. Herodianus in medio relinquit sine ἀλάσμεν, ἀλλήθεια.

⁷ Quod vario semine.] Ex iis quæ modo diximus ex Dione falsum hoc patet. & notum est hujus aviam fuisse Variam dictam. vide inferius.

SALMASIUS.

³ Quem è Syria secum advexit.] Quem è Syria secum advexit.

⁵ Hic tantum Semiamiræ matri deditus fuit.] Scriptum hæc & ubique *Symiamiræ*. cujus scripturæ nos rationem libro superiori reddidimus.

¹ Quod

polluerit: ¹ quod tu, Constantine sacratissime ita veneraris, ut Marcum & Pium inter Constantios Claudiofque velut majores tuos aureos formaveris, ² adoptans virtutes veterum tuis moribus congruentes, & tibi amicas charafque. Sed ut ad Antoninum Varium ³ revertamur, ⁴ nactus imperium Romam nuntios misit: excitatifque omnibus ordinibus, omni etiam populo ad nomen Antoninum, quod non solum titulo, ut in Diadumeno fuerat, ⁴ sed etiam in sanguine redditum videbatur, quum se Antoninum Bassiani filium scripsisset, ingens ejus desiderium factum est. Erat præterea etiam ⁵ rumor ⁶ qui novis post tyrannos solet donari principibus: qui nisi ex summis virtutibus non permanet, & quem multi mediocres principes amiserunt. Denique ubi in senatu lectæ sunt literæ Helio- gabali, statim fausta in Antoninum, & dira in Macri- num

CASAUBONUS.

¹ Quod tu, Constantine sacratissime, ita veneraris.] Similis Capitolini adulatio in Marco: deus usque etiam nunc habetur, ut vobis ipsis, sacratissime imperator Diocletiane, & semper visum est, & videtur. Reg. q. t. sacrat. Const. vocibus transpositis.

² Adoptans virtutes veterum tuis moribus congruentes, & tibi amicas charafque.] Regius, eorum, pro veterum. non displiceat majoribus pro moribus. quod non damno tamen. venuste autem verbum adoptare usurpatum, cum de majoribus in cognationem adscitis à Constantino loquatur: cum non soleant adoptari, nisi liberi aut nepotes.

³ Nactus imperium Romam nuntios misit.] Misit & imaginem suam, eo habitu quo ut sacerdos Alagabali utebatur: ipsamque in sanctissimo Curiz loco jussit poni. lege Herodianam.

⁴ Sed etiam in sanguine.] Dele in. ut probat præcedens periodi membrum.

⁵ Rumor qui novis post tyrannos solet donari principibus.] Appellat rumorem nove, favorem ac studium quo ferri vulgo solent homines in eos principes, qui tyrannis succedunt. fere enim solet de iis spes quadam ingens concipi: cui tamen spei, ut recte ait Lampridius, pauci responderunt.

SALMASIUS.

² Adoptans virtutes veterum tuis moribus congruentes & tibi amicas charafque.] Palatinus & vetus editio: & tibi amicas charas. quod absque dubio rectum est. amicus charus, pro valde amico & valde charo, quod vulgo dicimus cher ami. Scholiastes Juvenalis qui iisdem fere temporibus vixit quibus isti auctores: Seianus fuit Tiberio usque adeo charus amicus, ut nihil esset quod ei à Tiberio petenti negaretur. Cato- nis disticha:

Dilige sic alios, ut sis tibi carus amicus.
Sic bonus esto bonis ne te mala damna sequantur.

⁶ Qui novis post tyrannos solet donari principibus.] In Palatino & vet. edit. damnari.

num ejusque filium dicta sunt, appellatusque Antoninus princeps, volentibus cunctis, & studiose credentibus, ut sese habent vota hominum ad credulitatem festinantium, quum quod optant, verum esse desiderant. Sed ubi primum ingressus est urbem, ommissis istis quæ in provincia gerebantur, Heliogabulum in Palatino morte juxta ædes imperatorias consecravit, eique templum fecit, studens & Matris typum, & Vestæ ignem, & Palladium, & ancilia, & omnia Romanis veneranda in illud transferre templum, & id agens ne quis Romæ deus nisi Heliogabalus coleretur. Dicebat præterea, Judæorum & Samaritanorum reli-

1 Quum quod optant, verum esse desiderant.] Bis idem dicit: & mera tautologia est. quid enim mirum si quod optamus, id verum esse optamus? itaque legendum putem: quum quod putant, id verum esse edisserant, id est, id verum esse dicunt, quod optant.

CASAUBONUS.

1 Cum quod optant verum esse desiderant.] Error manifestus: nam ut docuit pridem Petrus Faber, pro desiderant, aliud quid sententia desiderant; putant, existimant, vel credunt, aut, ut arbitrabatur Josephus Scaliger, esse verant. eadem sententia apud Galenum generatim verbis: ὁ γὰρ ἐκαστὸς βέλῃ, δηλονότι τῶν καὶ οὐκ αὐτῶν γινώσκων. in libro Περὶ τῆς ψυχῆς ἰσχύος. Pluribus idem dicit Procopius postremo libro posterioris tetradis. οἱ ἀνθρώποι τῶν Λιβυοῦν ἐν ἰπὶ πηλείων πῶς πῶς βελήσασιν ἀρμύζων) χρεῖαν, καὶ λόγῳ τῶν ἀρεσκόντων αὐτοῖς αἰεὶ πῶς γινώσκων, καὶ πῶς οὐκ αὐτῶν πῶς αἰεὶ, ἢ ἀποσκοπεῖν οὐ μὴ ψεύδης εἶναι.

2 Et matris typum.] Διοπετὲς illud ἀγαλλία, quod describit Herodianus libro primo prolixè. meminert & alii multi.

3 Judæorum & Samaritanorum religiones, & Christianam devotionem.] Reg.

Christianorum. Sic alibi hæc tria nomina junguntur. ut in epistola Hadriani de Ægypto & Alexandria: νεοὶ δὲ ἀδελφὸς συναγωγῶν Ἰουδαίων, νεοὶ δὲ ἀδελφὸς νεοὶ δὲ ἀδελφὸς Χριστιανῶν presbyter. Græca formatio, Samaritanes, Σαμαριτῆς, qua veteres potius utuntur. & fortasse hic quoque Samaritanorum auctor scripserat. Quid & quantum inter Judæos ac Samaritanos sit discriminis, explicatum est à Scaligero in septimo De emendatione. etiam ab imperatoribus in diversis constitutionibus separantur à Judæis Samaritanis. Photius in Nomocanone titulo sexto, capite VI. Samaritanos agricolas à reliqua illa gente distinguit, & fuisse hos meliore conditione quam ceteros ostendit. Σαμαριτῆας γεωργούς ipse nominat. in decimo autem titulo, τῶν πῶς γεωργῶν Σαμαριτῆας. At Judæi terram possidere simul & colere à multis seculis desiderunt: et si in Benjamini Judæi itineratio leges aliquot locis Judæos γεωργούς. sed ut plurimum tam Judæi quam Samaritanæ negotiatoribus operas locabant. unde factum, ut Constantinopoli Samaritanæ vocarentur ministri mensariorum, qui rationes conscientibus aderant, & iis subscribebant. Justinianus in edicto, Περὶ τῶν γεωργῶν ἀδικῶν συναλλεῖται. εἰ γεωργῶν & Φίσι αὐτῶν

giones, & Christianam devotionem illuc transferendam, ut omnium culturarum secretum Heliogabali sacerdotium teneret. Deinde ubi primum diem senatus habuit, matrem suam in senatum rogari iussit. Quæ quum venisset vocata ad consulum subtellica, scribendo affuit, id est, senatusconfulti conficiendi testis: solusque omnium imperatorum fuit, sub quo mulier quasi clarissima, loco viri senatum ingressa est. Fecit & in colle Quirinali senaculum, id est mulierum

ἡ ἡραπίης ἀρεσσηγῶν, ἡ γερουσίας αὐτῆς, ἡς Σαμαρείταις ἔχουσιν. & fortasse allusum à primis auctoribus ejus nominis, ad vocis notionem. est enim σαμαρείτης, ut si dicas Φυλακίτης à verbo quod custodire & observare significat.

1 Scribendo affuit, id est, senatusconfulti conficiendi testis. Quid sit, scribendo adesse, notissimum ex epistolis Marci Tullii, & antiquis senatusconsultis. non arbitror auctoris esse quod hic asserunt interpretamentum: & inducenda illa censeo, id est, senatusconfulti conficiendi testis. Eadem formula in Græco Senatusconsulto, quod publicatum nuper ab eruditissimo & clarissimo viro Jano Grutero, ΓΡΑΦΟΜΕΝΩ ΠΑΡΗΣΑΝ ΠΕΤΡΩΝΙΟΣ ΣΚΑΠΛΑΣΜΑΝΝΕΙΟΣ.

2 Solusque omnium imp. &c. Hoc verum est: nam Livia, quæ una inter omnes Augustas plurimum in Rep. potuit, à Curia tamen abstinuit, eo auctoritate progredi nunquam ausa. Dio libro LVII. observat, quem lege.

3 Sub quo mulier quasi clarissima loco viri senatum ingressa est. Quia volebat feminino genere vocem senator usurpare, neque senatrix dicere, coactus est circumlocutione uti. Sunt autem feminae clarissimæ senatorum conjuges, ut apud Tertullianum ad Scapulam, & Augustinum de civitate Dei lib. XXII. cap. VI. III. & in multis legibus Codicis. Jam olim senatus appella-

batur ordo clarissimus: sed postea clarissimus poni cepit ἀπὸ τῶν pro senator, & ita passim apud Ammianum Marcell. aliosque historicos, & in utroque Codice. sic etiam clarissimas nominarunt. Paulinus in vita Ambrosii: Per idem tempus trans Tiberim apud quandam clarissimam invocatur, ut sacrificium in domo offerret.

SALMASIUS.

4 Fecit & in colle Quirinali senaculum. Bis aut ter corrupta legitur hæc vox, senaculum, apud istos auctores. nam senaculum scribendum erat, à senatus enim, senaculum, parvus senatus: ut à potus, poculum, & similia, quod semel dixisse sufficiat.

GRUTERUS.

4 Fecit & in colle Quirinali Senaculum. Ita quoque Palat. non ut editi Senaculum.

CASAUBONUS.

4 Fecit & in colle Quirinali senaculum, id est, mulierum senatum. scribe, senaculum mulierum. & dele illa, id est, senatum. est enim glossema ineptum. neque enim senaculum est senatus: sed locus quo conveniebatur ad senatum velut in curiam. erant jam olim senacula tria Romæ, quo patres conveniebant, ut scribit Festus. sed istud & erat & dicebatur senaculum mulierum. meminit illius & Victor in Urbis descriptione, regione sexta. extincto Alagabalo, ademptum jus hoc matro-

rum senatum, in quo ante fuerat conventus matronalis, solennibus duntaxat diebus, & si unquam aliqua matrona consularis, conjugii ornamentis esset donata: quod veteres imperatores affinis detulerunt, & his maxime quæ nobilitatos maritos non habuerant, ne innobilitatæ remanerent. ² Sed Semiamirica facta sunt senatusconsulta ridicula de legibus matronalibus: ³ quæ quo vestitu incederent, quæ cui cederet, quæ ad cuius osculum veniret: ⁴ quæ pilento, ⁵ quæ equo sag-

mario,

matronis: quod tamen Aurelianus voluit ipsis restituere. de eo Vopiscus: *Senatum siue senaculum matronis reddi voluerat: ita ut primæ illic quæ sacerdotia senatu auctore meruissent.*

¹ *Si unquam aliqua matrona consularis conjugii ornamentis esset donata.]* Locus singularis & quantum nunc memini, in Romana historia unicus. Equidem exemplum matronæ cui ornamenta consularis conjugii fuerint donata, succurrit impræsentiarum mihi nullum. Sed non dissimile iusest, quod in honorem matronarum quæ consularibus aliquando nuptæ fuerant, aliquando fuisse usurpatum discimus ex Ulpiani verbis, in lege x i. Dig. De senatoribus. *Nuptæ prius, inquit, consulari viro impetrare solent à principe, quamvis perraro, ut nuptæ iterum minoris dignitatis viro, nihilo minus in consulari maneat dignitate: ut scio Antoninum Augustum Julia Mammææ consobrinæ suæ indulgisse.* Est quidem simile, non tamen idem jus cum eo cuius hic obiter meminit Lampridius. & cuius exemplum, ut dixi, adhuc quarto. de iis autem honoribus quos matronis, affinis & suis & cognatis soliti imperatores deferre, multa leges apud Herodianum & Dionem.

SALMASIUS.

¹ *Et si unquam aliqua matrona consularis, conjugii ornamentis esset donata.]* Distinguendum: *Si unquam aliqua matrona consularis conjugii ornamentis esset donata.*

² *Sed Semiamirica facta sunt senatusconsulta.]* Sed semiamira, Pal. & r. ed. Symiamirus pro Symiamirico. ut electus pro electurus infra notamus: ubi videnda sunt quæ ex eodem genere posuimus exempla.

CASAUBONUS.

³ *Quæ quo vestitu incederent.]* Scribas rectius, incederet.

⁴ *Quæ pilento.]* Separat pilentum à carpento: nam illud fuit honoratius. Livius in anno Urbis cccclix. honorem ob eam magnificentiam ferunt matronis habitum: ut pilento ad sacra iudicque, carpentis festo præfessaque uterentur. Trebellius Pollio de Zenobia: *Uta vehiculo carpentario, raro pilento, equo sapius.* Sed & vocabula hæc, & eorum usus, varie mutarunt in Rep. sæpèque ab auctoribus confunduntur. Alibi genera vehiculorum omnia recensemus diligenter, & totam illam rem sedulo exponimus.

⁵ *Quæ equo sagmario.]* Græcæ vocis formatio Latina, ut in multis. recent Hellenismus retinuit, & dixit *sagma*. *at sagma est vel sacra, vel equo, quod jumento imponitur ut mollius vehat, & sine noxa sua.* Differt sagma à sella: nam sagma proprie est quod jumentis onera bajulantibus imponitur: sella equorum est, vel aliorum animalium quibus homo vehitur. Vegetius rei veterinariæ libro secundo, capite lxx. *Exceptis his qui deputati sunt circo, reliquam mulorum, equorum, a sinorumque genus, sub sella aut sagma*

mario, ' quæ asino veheretur, ' quæ carpento mulari, quæ

lo tergo præstat officium. deinde: tunc sag-
marum vel sellarum mensura conveniens,
& ariâ qualitas debet adhiberi. inde equi
sellares & sagmarii. sellaris Græcis est
ἰππῶ φαρδύς Plut. vel κέλης: nam
Eustath. κέλης explicat ἰππῶ σελ-
λάρι. Sagmarium est κελῶδης. &
propterea separatur à sellari, qui ἀ-
πλῆς equus nominatur: ut in vita B.
Hilarii: quod ubi vir comperit, protinus &
ipse pedibus iter ingressus, urbem Romam si-
ne equo, sine sagmario int' acit. sed hæc di-
stinctio non servatur hoc loco: heque
inferius in epistola Aureliani ad vici-
anum suum: equum sagmarium suum de-
ficeret. Sagma postea appellata est sal-
ma. Isidorus lib. xx. Sagma, quæ cor-
ripit vulgo dicitur salma, à stratis sagorum
vocatur: unde & caballus sagmarius, mu-
la sagmaria. inepte quidem Isidorus
sagmam dëducit à sago; cum vox Græ-
ca sit, neque de eo possit esse ullum
dubium: sed recte usurpat vocem
sagum. nam omne opertorium, ut
voce Hieronymi utar, jumentum, sa-
gam vocabant, ut ante probavimus.
à salma manavit appellatio asinarum,
qua utuntur Narbonenses & Provin-
ciales: salmas enim vocant, propter
eius pecoris τὸ σελῶδες. sed illi τὸ λ
vertunt in u: sicut & simularius pro
sagmario legas apud Latinos recen-
tiores, ut in libello de miraculis S.
Udalrici, nec ineleganti & satis anti-
quo: obulerunt de cera quantum unus for-
is simularius portare potuit.

1 Quæ asino veheretur.] Apud ve-
teres asino vehebantur tantum hu-
miliores. ideo temporibus Chryso-
stomi, patriarcha Constantinopoli-
tanus asino vehi solitus: tanta erat
illorum temporum moderatio: &
tamen id quoque multis invidiosum
fuisse, testatur idem homilia prima,
in eam ad Tiram: ubi voces incon-
diti vulgi profert istas: ἀλλὰ καὶ οἱ κέ-
λης ἐχθρὸι, φησὶ, τὸς Ἀλεξανδροῦς αἰ-
τιῶν, καὶ ἐπὶ ὄνι ὀχρεῖται. πινῶ ἐνεκεν
ἐμὲ ἀποθνήσκει; ipse vero Chryso-
stomus non à Philipenses homilia,

inter conditiones in episcopo non
ferendas, ponit istas quoque: ἐπὶ
πλήθει ἀνθρώπων ἔχον σοφίαν καὶ τὸ
ἀγροῦν. & ἐπὶ ἰσπῶ φέρεται. Erat
etiam moris, ut asino imponerent,
quos vellent ignominia causa tradu-
cere: cujus rei exemplum apud Pro-
copium in tertio Persicorum, & a-
libi.

2 Quæ carpento mulari, quæ boum.]
Secundum pilentum erat honestissi-
mum vehiculi genus carpentum. sed
posteriores è Latinis laxè hanc vo-
cem usurparunt. interdum enim ve-
hiculum est honorificum, ut cum
loquuntur de magistratum carpen-
tis, de quibus & in Codice fit men-
tio: Vopiscus initio Aureliani judi-
ciale carpentum appellat. interdum pro
quovis curru accipiunt. ut Ammianus
libro xxxi. carpenta hostium, id est cur-
rus vel carri. Paulinus in vita Ambro-
sii: domum pararat, atque in eadem car-
rum constituerat, quo facilius rapinam ad
exilium perduceret. mox: eidem carpento
impositus de eadem domo ipsi ad exilium
designatus est. carpentis autem matro-
narum videntur successisse basternas,
quarum frequens apud scriptores
mentio. Ad hujusmodi vehicula non
solum equi aut mula jangebantur,
sed & boves. Augustinus libro xxi. i.
De civitate Dei, cap. viii. Puerum
quendam parvulum, cum in arealiderei,
exorbitantes boves qui vehiculum trabe-
bant, rota obtulerunt. non enim ἀλωρεῶς
hic aream interpretor: sed subdival-
domus, ut in vita Diadumeni. Egin-
hartus in vita Caroli magni: Quocirca
que eundem erat, carpento ibat: quod lin-
bus junctis, & bubulco rustico more agente
trabebatur: sic ad palatium, sic ad publi-
cum populi sui conventum, qui annuatim ob
regni utilitatem celebrabatur; res sic domum
redire solebat. Erunt qui cum ad no-
stros mores oculos referent, hoc mi-
rentur: at ego illud potius, quod
nata,

nata,

quæ boum: 'quæ sella veheretur, & utrum pellicea, an ossea, an eborata, an argentata: & 'quæ aurum vel
 5 gemmas in calciamenti haberent. Ergo quum hybernasset Nicomediæ, atque omnia sordide ageret, intreturque à viris & subaret, statim milites facti sui penituit quod in Macrinum conspiraverant ut hunc principem facerent: atque in consobrinum ejusdem Helio gabali Alexandrum, quem Cæsarem senatus Macrino interempto appellaverat, inclinavere animos. Quis enim ferre posset principem ⁴ per cuncta cava corporis libidinem recipientem, quum ne belluam quidem tellem quisquam ferat? Romæ denique nihil egit aliud, nisi ⁵ ut emissarios haberet qui ei bene vasatos perquirerent, eosque ad aulam perducerent, ut eorum conditionibus frui posset. Agebat præterea domi fabulam Paridis, ipse Veneris personam subiens, ita ut subito vestes ad pedes defluerent: nudusque una manu ad mammam, ⁶ altera pudendis adhibita ingenicularet,

nata, & boves olim fuerunt: testes sunt lex prima, & LIII. Cod. Theod. De cursu publico. sed Julianus hac necessitate boves, asinos, mulos eximit. Socrates libro tertio cap. primo: *ὡρεῖται ἡ κτὶ τὸ δημόσιον τὸ χρεῖων δρόμον, οἶον, ἡμιόνων, βοῶν κτὶ οἶων. μόνον ἡ τὸ ἴσπον τοῖς δημοσίου χρεῖαις συναχθῆναι ἐν ἰσχυραῖς.*

1 Quæ sella veheretur. Aut lectica: quod membrum auctore prætermiserit an librarius, nondum constitui.

2 Quæ aurum vel gemmas in calciamenti haberent. Nam & χρυσῶν καπέων, & χρυσῶν, & λιθοκόλληται habuerant: quæ omnia nobis alibi curiose pertractata. Vetantur hujusmodi calcei lege Alexandri, de qua Lampridius.

3 Ergo cum hibernasset Nicomediæ. Herodianus, ὁ Ἄντωνος ἀπαργὸς τὸ Συρίας, ἐλθὼν ἡ εἰς τὴν Νικομηδείαν ἐκεῖ ἐχέμαζε, τὸ ὄργος ἔτους ἔτα ἡ παιτεῖας.

4 Per cuncta cava corporis libidinem recipientem. Idem auctor in Commodus: omni parte corporis atque ore, in sexum utrumque pollutus.

5 Ut emissarios haberet, qui ei bene vasatos perquirerent. Dio, διαβολητικῶν χυμῶν εἶνε, δι' αὐτὴν ἐπολυπλοκήν τῆς μάχης αὐτῶν ἄριστοι τῆ ἀκαταρτοῦ δυναμῆδες. bene vasatos & majoris peculii viros dialectus Chaldaica unica voce exprimit, & vocat ἰνῶν. Egnatii ridiculus error pridem vitis cruditiſſimis exagiturus. sic Græci suum σενῶ usurpant, Plautus cogit.

SALMASIUS.

6 Altera pudendis adhibita ingenicularet. Ingeniculare verbum σενῶ χηρον in turpiculis rebus. vetus epigramma ἀνέκδοτον:

Εὐχάριος ποτὲ παιδαγωγὸς ἦν
 ὡσεὶ δάσκιον
 Εἰς τὸ γόνυ κούφως μέσων ἐπα-
 δατῆσθαι.

est

posterioribus eminentibus in subactorem rejectis & oppositis. Vultum præterea eodem, quo Venus pingitur, schemate figurabat, corpore toto expolitus: eum fructum vitæ præcipuum existimans si dignus atque aptus libidini plurimorum videretur. Vendidit & honores & dignitates & potestatem, tam per se quam per omnes servos ac libidinum ministros. In senatum legit sine discrimine ætatis, census, generis, pecuniæ merito, militaribus etiam præposituris & tribunatibus, & legationibus & ducatibus venditis, etiam procurationibus & Palatinis officiis. Aurigas ³ Protogenem ⁴ & Gordium, primo in certamine curuli socios, post in omni vita & actu participes habuit. Mul-

tos

erat enim modus palæstricus, εἰς τὸ γυμνασίον. Lucianus in Lucio: δεῖξαι εἰς εὐνοίας εἰ καὶ οὐκ ἔστιν ἀπὸ παλαιότητος καὶ ἐπισημοῦ παλαιῶν καὶ ποιῆναι τὰ δὲ τὸ γυμνασίον, εἰς πρῶτον ἐπὶ λέχους εἰς γυμνασίον, &c. quod autem heic ingeniculare in eadem re εἰς γυμνασίον συσχεθῆναι dixit idem Lucianus in Pseudologista: πολλὰ δὲ ἀλλὰ ἴσως καὶ μέγιστα οἱ τῶν ὑμῶν ἐπισημοί, καὶ οἱ εἰς γυμνασίον συσχεθῆναι ἰδόντες, οὐκ εἶναι δὲ οἰσθαῖν ὅτι καὶ ποιῶντες εἰ μὴ πυνθῶνται ἐπισημοί. sed horum pudet pigerque jam ad reliqua progrediamur.

CASAU BONUS.

1 Eum fructum vitæ præcipuum existimans.] Opponamus furori hujus prodigii veram viri sapientis sententiam. Marcus Antoninus libro sexto: Αἰδῶς θεῶν, σωτὴρ ἀνθρώπων, βασιλεὺς ὁ βίβου. Εἰς καρπὸς τῆς ἐπιγείου ζωῆς διαθεσιμὸς οὐσία καὶ πράξεις κοινῶνικαί. Deum reverere, mortalium salutem cura, vitæ brevitas: unus fructus est vitæ quam in terris agimus, animus sanctus, actiones societatis hominum conciliabiles. appellat autem Lampridius fructum vitæ, quas Juvenalis canstis vitæ illo versu:

Est propter vitam vivendi perdere causas.

Sic Plinius epistola quinta libri quinti vivendi causas appellat, qui hic dicitur fructus vitæ. ait ibi: qui voluptatibus dediti quasi in diem vivunt, vivendi causas quotidie finiunt. at libro primo epistola xii. vivendi causas statuit idem, bonam conscientiam & bonam famam, cum auctoritate. philosophi vocant finem: ut & Diodorus in simili sententia isti Lampridii, libro i. ἡσπλάμισθων βασιλείας ἡδαιμονίας εἰναι τέλος τὸ πρῶτον καὶ τῆς ἡδονῆς ἀνεπιγαλύπτους. Sic eleganter Tertullianus voluptatem appellat fructum seculi. De spectaculis capite secundo: Quam sapiens, ait, argumentatrix sibi videtur ignorantia humana, præsertim cum aliquid ejusmodi de gaudiis, & de fructibus seculi metuit amittere?

2 Militaribus etiam præposituris.] Idem auctor in Severo: dabat præposituras locorum civilium, non militum.

4 Et Gordium.] Paulo post Gordus dicitur. vulgo Romani Gurdos vocabant stultos, voce Hispanica, ut ait Quintilianus. fere autem histrionibus & aurigis ridiculum aliquod nomen impositum.

SALMASIUS.

3 Protogenem & Gordium.] Et Gordium: Palat. & edir. Med. ita lege.

Ecc 1 Quo

tos ¹ quorum corpora placuerant, de scena & circo & harena in aulam traduxit. ² Hieroclem vero sic amavit ut eidem inguina oscularetur, quod dictu etiam verecundum est, Floralia sacra se asserens celebrare. In virginem Vestalem incestum admisit. Sacra ³ sublati penetralibus profanavit. Ignem perpetuum extinguere voluit. Nec Romanas tantum extinguere voluit religiones, sed per orbem terre unum studens ut Heliogabalus deus unus ubique coleretur: & in penum Vestæ, quod solæ virgines folique pontifices adeunt, irrupit pollutus ipse omni contagione morum, cum iis qui se polluerant. ⁴ Et penetrabile sacrum est auferre conatus: quumque feriam quasi veram rapuisset, ⁵ quamvis virgo maxima falsam monstraverat, atque in ea nihil reperisset, applosam fregit: nec tamen quicquam religioni dempsit, quia plures similes factæ dicuntur esse, nequis veram unquam possit auferre. Hæc quum ita essent, signum tamen quod Palladium esse credebat, abstulit: ⁶ & au-

CASAUBONUS.

¹ Quorum corpora placuerant.] Herod. ἐν αἰγυῖο τῶν ὀδοιμῆστων.

² Herodem vero sic amavit.] Reg. Hierodem. Scribe & hic & paulo post, Hieroclem, ex Dione.

³ Sublati penetralibus.] Simulacris, vel cæteris rebus quæ pro simulacris colebantur. hæc penetrabilia & inspicit, & tractavit, & loco etiam movit, in dei Heliogabali templum omnia conferens.

⁴ Et penetrabile sacrum.] Palladium, quod fatale pignus imperii Rom. vocat Livius lib. xxvi. plura de eo Herodianus.

⁵ Quamvis virgo maxima falsam monstraverat.] Scribe, quam ei virgo m. de virgine maxima, Suetonius, Aulus Gellius, & alii.

GRUTERVS.

⁶ Et avro fictum in sui Dei templo collocavit.] Sententia loci aperta. est ta-

men in Palat. *vinctum*. quod si verum est; fecit hoc exemplo eorum, quibus mulacra Deorum suorum cæternis aureis devinciebant, ne transfugerent, quemadmodum & Apollini factum à Tyriis prodit Curtius libro xv. capite 24.

SALMASIUS.

² Herodem vero sic amavit.] Idem liber Herodem. proxime ad veritatem nam Hieroclem ex Dione jam pridem asseruerunt viri docti.

⁵ Quamvis virgo maxima falsam monstraverat.] Hanc lectionem eliminaverunt correctores ex scripta quæ habuit; quam quisque maxima falsam monstraverat. sed minore cura defungi poterant, & manum abstinere potius quam κακῶ κακῶ ἰδοὺ, legendum: quumque feriam quasi veram reperisset, quoniam ei virgo maxima, vel, quia ei virgo maxima falsam monstraverat, atque in ea nihil reperisset, applosam fregit.

ro fictum, in sui dei templo locavit. Matris etiam deum
sacra accepit, & tauroboliatus est ut typum eriperet 7
& alia

6 *Et auro fictum in sui dei templo locavit.* Palladia illa, ut notum est, ex ligno erant. quomodo igitur auro fictum unum ex illis Palladiis in dei sui templo locare potuit Helio- gabalus? aut quid est auro fictum hoc loco? Palatinus optimus liber exhibet, *vinctum*: facilis conjectura *vinctum*, reponere. auro *vinctum* est deauratum, quod Græci dicunt *χρυσόδετος*, unde vasa chrysendeta, ad verbum auro *vinctum*. idem genus mendii pueri olim tollebamus ex Pomponio Mela, quem nos politissimum quondam scriptorem, nunc multis mendis deformatum, aliquot centum urbium & locorum nominibus sanio- rem integrioremque aliquando, si Deus fecerit, dabimus. apud illum igitur sic hodie excusum legitur, lib. II. cap. I. *corpore ipsa lanata & casis pecorum visceribus immixta epulando consumunt, capita ubi fabre expolivere auro cincta pro poculis gerunt. vel cæco pareat reponendum, auro cincta. atque ita ne mentiamur, scriptum in membranæ Palatinæ Bibliothecæ reperimus. auro vinctum igitur sunt χρυσόδετοι. recentiores autem Græci χρυσόδετοι dixerunt, quod exprimere dum conantur posteriores Latini, auro *vestita* vasa, pocula vocare, ut multis locis occurrit apud Anastasium Bibliothecarium & alios coævus scriptores. sed & auro *perfusus* patenas, calices & similia ejusdem generis apud eundem sapius leges. Græci id χρυσόμικταφορ appellant. sed de his tribus verbis & inaurandi variis apud veteres generibus nobis alibi pluribus disputandi locus.*

GRVTERVS.

1 *Et adeo tauroboliatus est, ut typum eriperet.* Vera hæc hujus loci lectio, debetur exemplari Palatino. nihil enim ineptius hæcenus recepta, & adeo debacchatus est, vult enim auctor, Helio-

gabulum mysteriis taurobolitarum fastidiosissimis operosissimisque operam dedisse; ut ea occasione auferre posset typum matris Deum. illa ipsa qualia fuerint, ex nullo scriptore haurias melius quam ex Inscriptionibus nostris: immo nihil præter nudum nomen offendas apud auctores classicos: adeo horum sacrorum tota lux accepta ferenda nostro illi thesauro.

SALMASIUS.

1 *Et adeo debacchatus est ut typum eriperet.* Nemo non pro sana hanc lectionem habuisset, nisi ejus vitium prodidisset optimus liber in quo scriptum est: *matris etiam deum sacra accepit, & tauroboliatus est, ut typum eriperet.* debacchati sane sunt in hunc locum correctores, & cum minime intelligerent quid est *tauroboliari*, id mutarunt. *Tauroboliari* est, *taurobolium accipere*. ita enim sæpe in vetustis inscriptionibus, *taurobolio accepto, taurobolio percipio*. *Taurobolium* aurem dicebatur sacrificium taurorum, qui in sacris matris Deum immolabantur. & *taurobolium* dictum à mastrandis tauris. sic *criobolium* arietum immolatio quæ Attini fiebat. hinc *taurobolium* facere & *criobolium* dicebantur qui sacra matris deum & Attidis accipiebant. vetus inscriptio Narbone: MATRI. DEVM. TAVROBOLIVM. QVOD. FECIT. item in alia: MATRI. DEVM. POMONIA. PHILVMENEQ. PRIMA. LECTOR. TAVROBOLIVM. FECIT. *Taurobolium* facere igitur est quod hoc loco uno verbo dixit Spartianus, *tauroboliari*. hinc *tauroboliati* dicti qui *taurobolium* fecerant, & sacra matris deum acceperant. vetus inscriptio Romæ:

VETTIO. AGORIO. PRÆTEXTATO. V. C.
PONTIFICI. VEST. Æ.
PONTIFICI. SOLIS
QVINDECIMVIRO
AVGVRI
TAVROBOLIATO

Ecc 2

CVRIA.

CVRIALI
NEOCORO
HIEROPHANTÆ
PATRI SACRORVM.

ut enim *Hierophanta* proprie dicebatur in sacris Hecates, & pater sacrorum in sacris Mithriacis: sic *tauroboliatus* in sacris matris deum. & *tauroboliata* mulier quæ taurobolium fecerat, & sacra illa acceperat. vetus inscriptio Romæ: FABIE. AGONIE. PAULINE. & C. SACRATÆ. APVD. ELEVSINAM. DEO. IACCHO. CERERI. ET. CORÆ. SACRATÆ. APVD. ÆGINAM. DEAEVS. TAUROBOLIATÆ. ISTACÆ. HIEROPHANTRIÆ. DEÆ. HECATÆ. & C. perperam in libro inscriptionum descriptum est, TAUROBOLITÆ. & male vir maximus qui in indice operosissimo illarum inscriptionum *Tauroboliatam* & *Istacam* nomina dearum putavit, quæ apud Æginam colerentur. quis nescit *Istacos* & *Istacas* dici qui Iſum colebant, vel Iſidis sacerdotes? *Taurobolita* à *Taurobolio* nulla lege aut ratione potest dici. *Tauroboliata* igitur scribendum. & sic mulier quæ *Taurobolium* fecit, appellatur, ut vir *tauroboliatas*. hæc autem *Fabia Agonia Paulina* quæ *Tauroboliata* & *Istaca*, & *Hierophantia Hecates* vocatur in hac inscriptione, uxor fuit illius *Vettii Agorii* prætectati, cuius & alia mentionem facit inscriptio, quam supra produximus, ubi & *tauroboliatas* & *hierophanta Hecates* pariter dictus est. *Taurobolinus* etiam dicebatur. alia inscriptio: PATER. SACRORVM. INVICITI. MITHRÆ. TAUROBOLINVS. M. D. M. I. id est *Taurobolinus matris deum magnæ Idææ*. & dux *tauroboli sacri* in eodem saxo:

Taurobolique simul magni dux mystice sacri.

Taurobolus in antiquo poemate vocatur nondum vulgato:

*Quis tibi taurobolus vestem mutare suavit
Inſtans dives subito mendicus ut eſſes:
Obſitus & pennis modicis tepeſactus. . . .
Sub terra miſſus pollutus ſanguine tauri,
Sordidus, infectus, veſtes ſerzare cruen-
tas,*

*Vivere cum ſperas viginti mundus in æ-
nos.*

qui verſus totum illius tauroboli ſacri ritum dilucide nobis aperit. qui taurobolium accipiebat & conſecrandus erat, in ſcrobem profundam terra egeſta ad hoc ipſum factam demittebatur. deinde ſcrobis illa, planis & tabulis, quæ multis locis erant foraminatæ, conſternebatur. ſuper quem pontilem ſtratam multis perſtatim locis, taurus maſtabatur auratis cornibus, ut ſanguis per foramina in ſcrobem deſlueret, quem capite, naribus, oculis, auribus, & toto denique corpore excipiebat ſacerdos in ea caverna deſoſus, & tauri ſanguine ſe abluebat. quem ſacri morem Luculentis verſibus deſcribit *Prudentius* in Romano: cuius hæc ſunt poſt multa:

*Hunc inquinatum talibus contigit
Tabo recentis ſordidum piaculi
Omnes ſalutant, atque adorant emimo,
Vilis quod illum ſanguis, & bos moriens
Fœdis latentem ſub cavernis locerim.*

non dicit tamen cui deo, cuius ſacrum illud fieret, ſed minime dubium quin de taurobolio matris deum intelligi debeat. quod genus conſecrationis & luſtrationis tanti meriti putabatur eſſe, ac tanta efficaciam, ut per eam ſe renascerent. hinc illa in veteri ſaxo: TAUROBOLIO. QVE. IN. ÆTERNVM. RENATVS. ideoque non iterabatur niſi poſt viginti annos. nam iſto ſacro piati in annum viceſimum puri mundique permanere exiſtimabantur. poſt quod temporis ſpatium ſacra Taurobolii repetebant. inſcriptio Romana: ITERATO. VIGINTI. ANNIS. EX. PERCEPTIS. TAUROBOLIIS. ARAM. CONSTITVIT. hoc eſt quod dicit auctor antiqui poematis paulo ante à nobis citati:

*Vivere quod ſperas viginti mundus in æ-
nos.*

alia inſcriptio:

*Vota Facentibus bis deni ſuſcipit orbis
Ut maſket repetens aurata fronte bicornis.
vota bis deni orbis, vocat illa ſacra, quod poſt vigefimum quemque annum repe-*

& alia sacra quæ penitus habentur condita. Jactavit autem

peterentur. Taurobolio facto cornua tauri, quo fecerant, consecrabant, & dedicabant. hinc intelligenda illæ inscriptiones: SEVERVS. IVLII. F. L. VIRES. TAVRI. QVO. PROPR. PFR. TAVROPOL. NVE. FAC. FECERAT. CONSECRAVIT. id est, vires tauri quo proprie per taurobolium publice factum, fecerat, consecravit. vires tauri, cornua tauri appellat. nam tauri vires in cornibus. *Φύσι κέρα τρωγίς.* Anacreon. quod autem aliquoties *Tauropolium* reperitur incisum in veteribus saxis, nemo debet *ταροπόλιον* Dianam, aut *ταροπόλιον* dictum: sed *tauropolium* perperam sculptum pro taurobolium. *ταροπόλιον πλειτώ* Græci vocant. ut in hac inscriptione Romæ nuper eruta cujus mihi copiam fecit eruditissimus Rigaltius:

Εκ δὲκα πέντ' ἀνδρῶν Φοῖβος τε
Φωνηφόρος ἰσθίος
Κρήκλιος, ἠράθιος πλεῖτων ἐν-
σοφοὶ ἄνδρες,
ὅς μ' ἀπ' ἀντολῆς, ὅς δ' ἀπ' ὠφείων
ἰσπερὶ τῆς
ὄρη σαρμίζουσι ἡμῶν παμμήτορα
Ρείη
Κελοῦλα πλειτῆς καὶ ταροβόλοιο
Φερίτης
Ἡμεῖσι μυσπόλοις βαμὼν ὑπερ-
πίθεσαν.

sic & in aliis vetustis monumentis taurobolium, crioboliumque junctim posita reperiuntur. & taurobolium quidem, ut diximus, matrideum fiebat: criobolium Atti, quem eundem cum sole esse credebant. hinc Attis Menotyrannus in inscriptionibus nuncupatur, hoc est *μενωτύραννος*, rex mensium & anni moderator. inscriptiones nuper in urbe effossæ nec dum vulgatæ:

M. D. M. I.

ET ATTIDI SANCTO
MENOTYRANNO
Q. CLODIVS. FLAVIANVS

V. CL. PONT. MAIOR
XV. VIR. S. F. SEPTEM-
VIR. EPVLONVM.
TAVROBOLIO. CRIOBO-
LIOQVE PERCEPTO.

MATRIDEVM MAGNÆ
IDÆÆ. SYMMÆ. PA-
RENTI. HERMÆ. ET ATTIDI
MENO TYRANNO. INVICTO
CLODIVS. HERMOGENIANVS
CAESARIVS V. C. & C.

perperam descripta est vetus inscriptio, quæ inter Grutterianas vulgata est. in qua sic habetur: M. D. M. IDÆÆ ET ATTIDI MINOTAVRO NOBILISS. PRO ATTIDI MINOTYRANNO. VEL MINOTYRANNO. & paulo post in eadem vitiose descriptum est. TAVROBOLINVS M. D. M. ID. ET ATTIDIS. MINOTYRANI. scribendum erat: MENO TYRANNI. Macrobius lib. 1. *solem vero sui nomine Actinis ornant fistula & virga.* (de Phrygibus loquitur) *fistula ordinem spiritus inequalis ostendit: quia venti in quibus nulla æqualitas est, propriam sumunt de sole substantiam. virga potestatem solis asserit, qui cuncta moderatur.* hinc liquet quare *menotyrannus* invictus dicatur Attis. vetus inscriptio Græca:

Ἀτὶς ὁ ὑψίστος καὶ σωτήρ τοῦ πάντων
τῶν πᾶσιν κρηγίος ἡμερωτέρα πάντων
φύσιν.

proprium enim solis, *πᾶσιν κρηγίος ἡμερωτέρα πάντων φύσιν.* auctor antiqui poematis, cujus jam supra testimonio usi sumus:

*Egregios proceres curram servare Cybela,
Quem traheret conductamans megalen-*

*sibus ævis,
Arboris excise truncum portare per urbem,*

Attin castratum subito predicere solem. atque hæc de taurobolio crioboliumque dicta sint, quorum nonnulla fortasse adhuc ignorabantur.

CASAUBONUS.

I Jactavit autem caput inter præcisos sumaticos.] Ulpianus lege prima De

Ecc 3

adili-

autem caput inter præcisos phanaticos, ¹ & genitalia sibi devinxit, ² & ³ omnia fecit quæ Galli facere solent:

adilitio edito: Si servus inter fanaticos non semper caput jacaret, & aliqua profatus esset. Isidorus lib. vii. de ceremoniis sacrorum Matris deum: Quod se apud eam jacant, præcipitur, inquit, ut qui terram colunt ne sedent: semper enim esse quod agant. hoc Lucianus dicit *οτιεν τλω κγυλω δρεθρ*. erant enim capillati. vetus lapis, CAPILLATUS A MATRE MAGNA. VARRIO: Tibi nunc femiviri teretam coronam volantem jacant tibi galli. Sic etiam leones quibus vehabatur jubam jacere assuefiebant, ut in epigrammate Alcai:

*Ενθες ρομεωντλω εσροφάλιζε φό-
λω.*
præcisi sunt *ενημελω*, galli.

GRUTERUS.

¹ Et genitalia sibi devinxit.] Cum servet Palatinus devinxit, videlicet an non legi possit defixit.

CASAUBONUS.

² Et omnia fecit, quæ Galli facere solent.] Perperam vulgo per majusculam literam nomen Gallorum scribitur, cum Matris deum sacerdotes significat. Asiatica enim vox est, quæ τ δαριγγων denotat, neque à Gallia populis ea notio manavit. Gallis istis præerat, qui dicebatur archigallus: cuius sæpe apud veteres mentio. Tertullianus De resurrectione carnis cap. xvi. Et tamen calicem non dico venenarium, in quem mors aliqua vultavit, sed fricticis, vel archigalli, vel gladiatoris aut carnificis spiritu infectum, quæro an minus damnes, quam oscula ipsorum? non possum satis mirari nuperam ejus loci interpretationem ab eruditissimis vitis profectam: nam quid est aliud nodum in sirpo, si hoc non est? atqui nulla hic plane difficultas: aperta enim mens Tertulliani, quam illi subtilitatibus suis obscurant. Ait ille, ita natura comparatum esse, ut impurissimos

quosque adeo abominemur, ut non solum eos contingere horreamus, aut osculo applicare: sed etiam omnia à nobis rejiciamus quibus illi plurimum fuerint usi, ut calices è quibus soliti bibere. inter exempla personarum obscenissima impuritatis ponit archigallos & fricticis: id est *εσροφάλιζε*: vel ut alii libri habent *fricticis*, hoc est aniculas piatrices & *κγυλωδρεθρ*.
³ Omnia fecit quæ Galli facere solent.] Victor alter, abscessis genitalibus, Matri se magnæ sacravit.

SALMASIUS.

¹ Et genitalia sibi devinxit.] Quæro quid sit, devincire sibi genitalia, demetebant quidem & absceiebant sibi res illas Galli quod fecisse Heliogabulum innuit heic auctor, & discrete scribit Aurelius Victor: abscessis genitalibus Matri se magnæ sacravit. nihil heic nobis adjumenti contulit liber Palatinus, nisi quod devinxit pro devinxit habebat. ita puto scriptum fuisse pro defixit. & si in veteribus libris sæpius commutantur. sic *maioris* & *majoris* de pallio muliebri indiscriminatum reperitur scriptum. *masculum* & *fasciculum* in Glossis veteribus. sicutiam plane scriptum *devigebat* in loco Varronis apud Nonium pro *desigebat*. *Phrygia* qui *pulvinar* poterat pingere, *foliar* deo *gebat*. ita libri veteres pro *desigebat*. proprium phrygonis *desigere*. *desigere pulvinar* & *foliar* est *δελφικωπις*. qui sciunt quid Græci appellent τὸ πολυκωπιον & πολυκωπον norunt quid ego velim. at *desigere* hoc loco aliud significat: idem nimirum quod *refigere*. nam ut detractare & retractare pro eodem: sic *desigere* & *refigere*. *desigere* autem aliquando idem vult quod *figere*, aliquando vero contrarium. sic deformare interdum pro formare accipitur, interdum in contrarium sensum sumitur. & ita de aliis infinitis numero. *desigere* igitur hoc loco *capitur*.

'ablatumque sanctum nomen in penetrabile dei sui
transfuit. Salambonem etiam omni planctu & ja-
ctatione

pitur pro avellere & refigere quod
fixum est. eleganter genitalia sibi
defixisse heic dicitur Bassianus, qui
penfilia sua sibi avulsit & abscondit.

CASAUBONUS.

1 Ablatumque sanctum nomen.] Scribe
nomen. sic vocat typum Matris deum.
& illud *διωπετής ἀγαλμα*. Sed Re-
gius, ut & Puteani, vocem nomen non
agnoscunt. & potest omitti.

2 Salambonem etiam omni planctu &
jactatione Syriaci cultus exhibuit.] He-
sychius, *Σαλαμβών ἢ Ἀφροδίτη πω-
ροῦ Ἀσσυρίοις*. sed non omnino qua-
drat huic loco Hesyhii interpretatio:
nam dubium nullum est, quin ap-
pellatione Salambonis hoc loco vel
Adonis, vel Venus Adonim plangens
intelligatur. Notum vel ex sacra pa-
gina, & Hieronymi Commentariis
in octavum Ezechielis caput, Ado-
nia, mense Junio solita in Syria cele-
brari. latissime enim propagata est
ea superstitio, quam nescias studio
majore sint amplexi Græci an Syri &
Alexandrini, aliique Orientis popu-
li. multa de his apud patres, & Lu-
cianum, Macrobium, Marcellinum,
poëtarum interpretes, atque alios,
quæ omittimus. hæc igitur Adonia
sacra & solennes planctus Venerea-
rum cultricum intelligit Lampridius.

GRUTERVS.

1 Ablatumque sanctum in penetrabile dei
sui transfuit.] Obsequutus sum mss.
Gallicanis ac Pall. nam vulgati verbo
auctiores, sanctum nomen in, &c. quod
natum à glossatore, qui indicare ama-
bat, illud sanctum, proprium esse
nomen.

SALMASIUS.

1 Ablatumque sanctum nomen in pene-
trabile dei sui transfuit.] Nec nomen, nec
nomen heic placet. neque enim moris
est pedescribus auctoribus numina

vocare simulacra deorum. Palatinus
vocem, nomen non agnoscit. sanctum
igitur simpliciter & substantive dixe-
rit, typum matris deum: quod for-
tasse non exemplis caret, etsi nunc
non succurrant, Arnobius sanctum
posuit pro templo vel sanctuario. heic
sanctum est, simulacrum.

2 Salambonem etiam omni planctu &
jactatione Syriaci cultus exhibuit.] Sa-
lambonem Venerem heic aut Ado-
nim significare notatum viris doctis,
qui de illa voce amplius quod dice-
rent nihil habuerunt. Salambo Vene-
ris est epitheton Adonidem plangen-
tis. & purum putum Græcum est vo-
cabulum, ut ejus etymon non quar-
rant in Syriacis aut Arabicis origini-
bus homines otiosi. Salambonem ex-
hibere est Venerem imitari dum Ado-
nidem luget ac plangit. cujus me-
moriam luctus magna solennitate
quotannis renovabatur per Adonia,
non solum in Græcia sed etiam A-
gypto & Syria, aliisque regionibus
Orientis. *Ἡ Σαλαμβών, ἢ Σαλαμ-
βών*. non igitur Adonidem vox ea
potest designare: sed Græcam esse
diximus. id doceamus. *Σάλα*,
curam & mentis agitationem su-
avationemque & æstum significat.
Hesyhios: *σάλα, φροντίς, βλάβη*.
σάλα quoque motum & æstum
maris mentisque notat. à *σάλα*,
σαλαζεῖν quod est turbare, miscere,
movere. ab eodem *σάλα*, *σαλαίσειν*,
lugere & in luctu pectus tundere &
plangere. Hesyhios: *Σαλαίσειν*,
κρήνηδα. *Σαλαίσμος*, *καυτός*.
etymologicum magnum: *Σαλαί-
σειν Ἀναρτίων ἐπὶ τῆ Ἰβηρίῳ*. *σαλάση*
quoque & *σαλάμω* ab eodem *σάλα*
deductum eandem habet significa-
tionem. idem Hesyhios: *σαλάση*,
ἦρος ἐπὶ, φροντίς. idem dicit in vo-
ce *Σαλάμω*, *πύλη, ἐπὶ ἦρος, Ἰου-
δαίς*. *Σαλάμβω* autem inde dictas

Ecc 4

feres

Statione Syriaci cultus exhibuit, ¹omen sibi faciens imminentis exitii. Omnes sanè deos sui dei ministros esse aiebat, quum alios ejus cubicularios appellaret, ²alios seruos, alios diversarum rerum ministros. ³Lapides qui divi dicuntur, ex proprio templo Dianæ.

Laodi-

fores censent Grammatici, quod in perpetuo motu atque agitatione versentur. nam σαλάμβη & σαλαδὴ mentis inquietudinem jactationemque significat. quem animi æstum, ac σάλον ita eleganter exprimit Poëta:

— *Ἐ μεγάλῃς ἐπιμετῶν σὺ φεβῶν ἀστῶν.*
dixerat ante Catullus:

— *Ἐ μεγάλῃς ἐπιμετῶν σὺ φεβῶν ἀστῶν.*
hoc σάλον & σάλον & σαλάμβη Græci vocaverunt. hinc Σαλαμβῶ Venus dicta. Vetus auctor apud etymologicum magnum: Σαλάμβη τις Ἰουδαίας τῆς ἀπὸ ἐν σάλα ἕστας. ἢ ὡς τὸ δι' αὐτῆς βαίνον τὸ φῶς, τὸ σάλας. καὶ Σαλαμβῶ ἢ δαίμων ὡς τὸ ἀπὸ ἀπὸ φεβῶν ἢ ἐν σάλα εἶναι ἢ ὅτι ἀπὸ φεβῶν ἢ Ἰρῶν ἢ Ἰρῶν. καὶ σαλαδὴν Ἀνακρίων ἐπὶ τῷ Ἰρῶν. σαλαδὴν ἢ τῶν αὐτῶν ἢ Ἰρῶν. Hesy chius: Σαλαμβῶ ἢ Ἀφροδίτη ὡς τὸ Βαβυλωνίους. Adonia celebrasse Babylonios, & Syros & Agyptios verum est. non tamen Babylonicum nomen Σαλαμβῶ, nec ita vocabatur Venus à Babyloniiis, cum pura sit vox & pura Græca. Μύλιτῶν Veneris nomen fuisse apud Babylonios scriptum reliquit Herodorus. festivum est quod in veteri Glossario manuscripto reperi hujus vocis Salambo interpretamentum. Salambo, genus monstri est.

CASAVBONVS.

¹ Omen sibi faciens imminentis exitii.] Ammianus Marcellinus libro xxii. de Juliani adventu Antiochiam: E-
venerat iisdem diebus annuo cursu comple-
to, Adonia ritu veteri celebrari,
emato Veneris, ut fabule fingunt, apri

dente ferati deleto, quod in adalto sine
scilicetum est indicium fingum. Et cetera
tyrysti, quod amplam urbem principum domi-
cilium introeunte imperatore suo primum,
ululabiles undique plausus, & lugubris
sonitus audiebantur.

² Alios seruos.] Suspicabar de
mendo, & scribebam, alios seruos A-
trienfes: sed non favenit membranz.
acutus lector cogitet, & statuat ex
præcedentibus sequentibusque ver-
bis.

³ Lapidés qui divi dicuntur, ex proprio
templo Dianæ Laodiceæ.] Lapidés divi
appellat famosissimum illud simula-
crum, ab Oreste & Iphigenia è Tau-
rica ablatum, quod apud se condi-
tum esse tot civitates Asiæ Europæ-
que olim contendebant. harum ur-
bium è numero fuit Laodicea: quæ
Ἐδωνον istud à Medis Sula translatum
è pago Atheniensium Braurone Se-
leuci munere in urbem suam receperat,
ut narrat Pausanias in Laconicis.
à quo tamen dissentit Lampadius,
cum subjicit, ex adyto suo in quo id Ore-
stes posuerat. Cum autem plures eo-
dem nomine urbes olim fuerint, de
qua Laodicea Pausania & Lampadius
verba accipi debeant, queri potest.
sed videtur cum sine adjectione Lao-
dicea nominatur, illam intelligi,
quam ex illustribus Asiæ urbibus
fuisse sua ætate scribit Tacitus xiv.
Annalium.

SALMASIUS.

³ Lapidés qui divi dicuntur.] Haud
scio quinam isti divi lapidés, nec e-
nim alibi de illis legi. turbat porro
nescio quid liber Palatinus, nec hanc
scripturam expressam habet. nam
divi ac divi videtur prius habuisse.
Interpolata enim illo loco verus le-
gic.

Laodiceæ, ex adyto suo in quo id Orestes posuerat, afferre voluit. Et Orestem quidem ferunt non unum simulachrum Dianæ, nec uno in loco posuisse, sed multa in multis. Posteaquam se apud tria flumina circa Hebrum ex responso purificavit, etiam Orestam condidit civitatem, quam sæpe cruentari hominum sanguine necesse est. Et Orestam quidem urbem Adria-

nus

atio. puto, dum nihil aliud succurrit, interim scribendum : *vivi lapides, vivorum lapidum non rara apud veteres mentio, & præcipue scriptores Græcos, qui ἐμψύχως λίθους* eos vocant. hi sunt etiam qui βατύλοι dicebantur, de quibus multa mira fabulosaque narrant Græculi nugatores. Philo Bybliensis : *ἐπι δὲ ἐπιτύχουσι θεὸς ἕρπυος βατύλεια λίθους ἐμψύχως μηχανησομένων.* in vita Iliodori à Damascio scripta apud Photium : *ἐξω μὲν αὐτῶν θεῶν τεσσάρων εἶναι τὸ χρῆμα τῆ βατύλεια ἰδὲ Ἰσιδωροῦ δαμυρίων μῦθον ἐλεγεῖν εἶναι γὰρ πρὸς οὐρανὸν τὸ κινεῖν αὐτὸν, ἔτε δὲ βλαβερῶν, ὅτε τὸ ἄζαν αἰεθάλων, ἢ ἰδρύται τὸ ἀνησίδωρον εἰς τὸ αὐτὸν εἶδον, ἔτε δὲ κρητάρων παντοπίαν. τὸ δὲ βατύλων ἄλλοι ἄλλω ἀνακείων θεῶν Κερύρα, Διὶ, ἠλίω κὲ τῶν ἄλλοις.* vide plura de his batylis & vivis & moventibus se lapidibus in eadem vita. de hoc genere batylorum fuere dubio procul isti vivi lapides qui in adyto templi Dianæ Laodicenæ. nam alii aliis Diis dicuntur fuisse consecrati, ut Jovi, Saturno, Soli, ut ille scribit apud Photium. sic etiam Diana suos habuit sibi dedicatos. lapidem quoque quem Saturno devorandum tradidit Rhea per Jove, nomine isto Græci nuncupant. Latinis Abadir. Grammatici : *Abadir deus est. dicitur hoc nomine lapis ille, quem Saturnus dicitur devorasse pro Jove, quem Græci Βατύλον vocant.*

CASaubonus.

1 *Afferre voluit.*] Scribe, *efferre, vel auferre.*

2 *Se apud tria flumina circa Hebrum ex responso purificavit.*] Scribe *Tria fl. loci nomen est Τρεῖς ποταμοί.* ut *Trestaberna*, & alia multa. sic dictus, quod ad ripam Hebræ esset situs, eo loci ubi duos fluvios alios Hebrus suscipiebat. Alter horum fortasse Arifibus fuit, de quo Strabo libro XIII. Ibi autem Orestem *λαθὲν ἀποκαμῖς καθύπευκ τῆς μεγάλης*, Græci quoque grammatici scribunt.

3 *Etiam Orestam condidit civitatem.*] Græcis vocatur *Ὀρέστη*, & *Ὀρεστία*.

4 *Et Orestam quidem urbem Hadrianus suo nomine vindicari iussit.*] Scribe, *suo nomini.* hoc est, Hadrianopolim vocari iussit. Invenio in Thracia Hadrianopoles diversas. nam apud Ptolemæum ita scriptum in descriptione Thraciæ : *Φιλιπποῦ πόλις, ἢ καὶ Τελαμόλιον, ἢ καὶ Ἀδριανέπολις.* Ammianus vero libro XXXVII. in Thraciæ descriptione ita refert : *Post hanc Hamimontus Hadrianopolim habet, quæ dicebatur Uscudama.* videtur alia esse hæc urbs à Philippopoli : quod si verum est, diversæ urbes fuerunt Hadrianopolis de qua Ptolemæus, & illa de qua Ammianus. apud alios lego antiquam Thracum urbem Odrysum ad flumen Hebrum, postea Hadrianopolim esse dictam. Exstat in regia bibliotheca breve fragmentum libelli cuiusdam, cum hac inscriptione, *Ὀστὴ τῆ πόλεως μετανομοκλήθησαν εἰς ὕστερον* : ibi inveni hæc verba : *Ὀδρυσός, ἢ καὶ Ὀρεστία, ἢ καὶ Ἀδριανέπολις.* quod non uno loco confirmat Metaphrastes in Martyrologio

Ecc 5 logio

nus ¹ suo nomine vindicari iussit, eo tempore quo furore cœperat laborare, ut ex responso quum ei dictum esset ut in furiosi alicujus domum vel nomen irreperet. ² Nam ex eo emollitam insaniam ferunt, per quam multos senatores occidi iusserat: quibus servatis, Antoninus Pii nomen meruit, quod eos post ad senatum adduxit, quos omnes jussu principis interfectos ³ credebant. ⁴ Cædit & humanas hostias lectis ad hoc pueris nobilibus & decoris per omnem Italiam patrimis & matrimis, ⁵ credo ut major esset utrique parenti dolor. Omne denique magorum genus aderat illi operabaturque quotidie, hortante illo & gratias diis agente ⁶ quod amicos eorum invenisset, ⁷ quum inspiceret exta puerilia ⁸ & excuteret hostias ad ritum gentilem suum. ⁹ Quum consulum inisset, in populum

logio suo. verum hæc accuratiore judicio sunt expendenda.

SALMASIUS.

¹ *Suo nomine vindicari iussit.*] Lege: suo nomini vindicari iussit. sed & sequentia, vel potius totum locum sic lege, & distingue: *Orestam quidem urbem Adrianus suo nomini vindicari iussit eo tempore quo furore cœperat laborare, & responso, quum ei dictum esset ut in furiosi alicujus domum vel nomen irreperet.*

⁶ *Cum inspiceret exta puerilia & excuteret hostias ad ritum gentilem suum.*] Nescio quare displicuit nuperis editionibus: *& excuteret hostias ad ritum gentilem suum.* quod antiquæ omnes editiones servant, & habetur in omnibus scriptis codicibus.

⁸ *Quum collatum inisset in populum.*] Scribat quisque quod voluerit & commentetur. nihil verius Turnebi conjectura: *cum consulum inisset.* à qua non longe abit Palatinus noster legendo: *cum collatum inisset.* nam collatum heic accipere pro collatione non satis aptum videtur; immo, ut verum dicam, prorsus ineptum est.

nec addam plura. sese tuetur enim ipsa per se illa scriptura.

CASAVBONVS.

² *Nam ex eo emollitam insaniam.*] Scilicet, *emollitam.* & ita scripti.

³ *Cædit & humanas hostias.*] Scribitur *cecidit.*

⁴ *Credo ut major esset utrique parenti dolor.*] Hæc possent abesse, nisi extarent in omnibus codicibus. malim autem, *utriusque parentis.* ut occisorum puerorum dolor esset major; siue perveniret ad plures: nam si alter parens obiisset, minore luctu pensissent.

⁵ *Quod amicos eorum invenisset.*] Nam veram magiam Persarum, Plato pronuntiat *Ἰεὸν Ἡερακλείου.*

GRUTERUS.

⁷ *Et excuteret hostias ad ritum gentilem suum.* Si accederent & aliæ membræ, non abhorruerim à scriptura codicis Palatini; *& excuteret.*

⁸ *Cum collatum inisset in populum.*] Palatinus noster juvat aliorum inisset.

CASAUBONVS.

⁸ *Cum collatum inisset in populum.*] Regius.

non nummos vel argenteos vel aureos, ¹ vel bellaria, vel minuta animalia, ² sed ³ boves opimos & camelos, & asinos, & servos populo diripiendos objecit, imperatorium id esse dictitans. ³ Insectatus est famam Macrini crudeliter, sed multo magis Diadumeni quod Antoni-

Antoni-

Regius, *missit*. quod firmat priorum editionum *ρηφλω*, *missit*. unde emendabat Hadrianus Turnebus, *cum consulationi missit*. sane quam probabili conjectura. nam largitates hujusmodi tum maxime exhibitæ, cum iniretur consulatus: qua de re præter historicos, lege Justiniani Novelam cv. quæ est de consulibus, meminit & Imperator Leo constitutione xciv. ubi observabamus mirum verbum *καθυπατῶν*: imo locutionem miram: ait enim; *ὅσοι ἐς τὸ καθυπατῶν καθίσταντο, ἢ ἐν τῷ ἀξιώματι αὐτοῦ πρὸς ἀλάστον φιλομύμιαν, ἀντιδωρεῖσθαι τῇ πολιτείᾳ ἀξιῶντες, φιλοτιμῶς δωρεῶς τοῖς πλῆθει καθυπατῶν*. id est, munera magna populo pro consulatu suo rependebant. *καθυπατῶν* idem ac *δῶναι καταπίαν*: quod loquendi genus apud Cedrenum & alios recentiores notavit & Cujacius. Sportulas & missilia, aliasque omnes largitiones quas consulatum adepti populo donabant, dixerunt *καταπίαν*. non multo aliter *consulationem edere* in Circo Vopiscus in Aureliano: hoc est, pro consulatu ludos solennes. Sed tibicine opus habet hæc lectio: claudicat enim oratio. Legendum igitur, *cum consulationem missit, missit*, vel *jecit in populum non nummos*. sic apud Justinianum *ἐπιρρίπτειν τοῖς δόσις τοῖς πλῆθει*. quod Græci recentiores dixerunt *ρίπτειν τὸς σωήθεις ἀπὸ δόσις*, vel *ἐπιρρίπτειν ἐπιτιμῶν*, ut apud Pachymerium, Codinum & alios. Atque hæc de lectioe quæ Turnebo placita: quæ tamen an vera sit addubito: nam omnes libri retinent vocem *collatus*, nec displicet,

pro collatio. Censorinus De die natali: *cum tuo collatu scirem me plura didicisse*. sic sancitus pro sanctio apud Tertullianum: *festinatus apud Zenonem Veronensem, intentus & deceptus*, pro intentione & deceptio apud Anastasium De vitis pontificum: & similia multa. Erit ergo *collatus*, sparsio facta in populum, *ἀφ᾽ ὁδοῦ*, vel *πρὸς καρπῶν*: qua de voce plura alibi dicenda. Firmat hanc lectionem non mediocriter Herodianus, qui genus hoc totum largitionum Heliogabali fuscè describens, non occasione initi consulatus hæc donata scribit; sed in honorem dei Alagabali, cum illum quotannis stato die ex urbe in suburbanam ædem ingenti pompa deduceret.

¹ *Vel bellaria.*] Ut nuces & frictum cicer, aliaque id genus spargi antiquo more solita.

² *Sed boves opimos, &c.*] Omne genus animantium qua ferorum, quæ cicurum, porcis exceptis. Herodianus. vide in vita Gordiani & Probi.

³ *Insectatus est famam Macrini crudeliter.*] Dio in Excerptis, *ἐς τὴν Πάμω ἐπέσφλε παρὰ τῷ Μακεῖνον ἀγαβῶν*.

SALMASIUS.

² *Boves opimos & camelos & asinos, & servos.*] Scribe: *& cervos*. & ita, Pal.

³ *Insectatus est famam Macrini crudeliter.*] Idem liber: *insecutus est*. quomodo loqui amat Spartianus. sic in Hadriano: *in adoptionis sponsonem venit Palma & Celsio inimicis semper suis, & quos postea insecutus est*, & multis aliis in locis.

¹ *Esendo-*

Antoninus dictus est, Pseudoantoninum & Pseudophilippum eum appellans, ² simul quod quum luxuriosissimus extitisset, vir fortissimus, optimus, gravissimus, severissimus diceretur. ³ Coëgit denique scriptores nonnullos ⁴ nefanda, imo potius non ferenda ejus dicta de

1 Pseudoantoninum & Pseudophilippum eum appellans.] Video quidem quare Diadumenus Pseudoantoninus dictus, sed quare idem Pseudophilippus? rationem nullam excogito. Vetus editio habet: ut Pseudophilosophum. omnia mendose. legendum: sed multo magis Diadumeni quod Antoninus dictus est. Pseudoantoninum, ut Pseudophilippum, eum appellans. hoc est, Pseudoantoninum eum appellans, sicut olim quidam Pseudophilippus appellatus est. nisi quis hæc verba, ut Pseudophilippum, non authoris esse, sed in margine ab aliquo lectore addita & sic in contextum irrepsisse existimet. quod valde mihi fit verisimile.

2 Simul quod quum luxuriosissimus extitisset, vir fortissimus diceretur.] Felicis famæ fuit hic Diadumenus: siquidem fortissimus & severissimus dictus est, quum luxuriosissimus extiterit. sed longe diverso sensu, eoque magis, nisi fallor, vero, Palatinus liber: simul quod ex luxuriosissimo, vir fortissimus, optimus, gravissimus diceretur. id est, quod vulgo diceretur Diadumenus ex luxuriosissimo, ut erat prius, in virum gravissimum & fortissimum evasisse. tales autem oderat hoc monstrum qui mores in melius mutabant. sic etiam locutus est Capitolinus in Gordianis: tantum autem valuit ejus gravitas, ut ex obscurissimo præter nobilitatem, gestis etiam Gordianum clarum principem fecerit.

3 Coëgit denique scriptores nonnullos nefanda, imo potius non ferenda ejus dicta de luxuria disputare, in vita ejus.] Et hæc nefanda & non ferenda dicta, omnino hoc loco non sunt ferenda. quis enim non facile agnoscat faci-

nus correctorum? qui cum extricare se non possent, ex vestigiis veteris scripturæ, hanc lectionem ingenio suo commenti sunt. quæ autem ita esse possint nefanda & non ferenda dicta Diadumeni de luxuria? nihil poterat ineptius aut absurdus excogitari. Palatini hæc est scriptura: mihi pace de ejusdem dictum luxuria disputat ut in vita ejus. quæ verborum monstra sunt, sed facile profiganda, si sciamus pro pro in libris scriptis sapius exararum occurrere: quod multis locis vidimus pervolvendo istos auctores, ut petrus pro petrus: per cognoscere pro recognoscere, & similia. sic hoc loco, mihi pro mira perpetam fuit scriptum. legendum igitur: coëgit denique scriptores nonnullos nefanda, imo potius non ferenda ejus dicta de luxuria disputare in vita ejus. aut nihil transponendo: nefanda imo potius mira de ejusdem dicta luxuria disputare in vita ejus. Nam impia quod hoc loco reponerat vir eruditissimus, mihi nus placet quam mira, ut modeste dicam.

GRUTERUS.

3 Coëgit denique scriptores nonnullos nefanda, imo potius non ferenda ejus dicta de luxuria disputare, in vita ejus.] Aliter Palat. nempe: Immo potius mihi pace de ejusdem dictum luxuria disputat, ut in vita ejus.

CASAUBONUS.

4 Nefanda, imo potius non ferenda ejus dicta de luxuria disputare, in vita ejus.] Veteres editi, de nefanda. scribebant: de nefanda, i. p. n. f. ejus luxuria. sed regius & Puteani codices eam lectionem præferunt, quam assert Ursinus. Quare

ca de luxuria disputare, in vita ejus. Lavacrum publicum in aedibus aulicis fecit, simul & palam populo exhibuit, ut ex eo conditiones bene vasatorum hominum colligeret. Idque diligenter curatum est ut ex tota penitus urbe atque ex nauticis monobelos quærent: sic eos appellabant qui viriliores videbantur. Quum Marcomannis bellum inferre vellet, quos Antoninus pulcherrime profligaverat, dictum est à quibusdam, per Chaldæos & magos Antoninum

Quare scribendum: nefanda, imo potius impia dictu de ejusdem luxuria disputate in vita ejus.

GRUTERUS.

1 Simul & Plautini populo exhibuit.] Inapte prius legebatur, simul & palam populo exhibuit. alteram lectionem didicavit nobis codex Palatinus.

3 Ex nauticis monobelos.] Palat. monobiles. videntur monobeli dicti, quod ea parte potissimum censerentur: unde & Mamurra insignitus Catullo nomine Mentule. Lipsio clarius videbatur monobelos, quasi afinino telo insignes. qui adeatur Epistola xviii. Centuriæ Miscellæ.

4 Bellum inferre vellet, quod Antoninum.] Est à Palatino. nam minus bel- le impressi prius, quos.

SALMASIUS.

2 Ex tota penitus urbe atque ex nauticis monobelos quærent.] Sic, inquit, qui viriliores videbantur, appellabant. sed vocem ipsam videamus. Græcam esse nullo modo dubitandum. non tamen ad Græcam formam composita est, non enim à βέλ, μνόςελ, aut ὄξοςελ potest fieri: sed μνόςελος, ut ὄξοςελος. falluntur qui aliter putant. in Palatino scribitur: monobiles. omnino pro monobelis, parva transpositione, hoc est μνόςελος, sic igitur viriliores homines appellantur. nam βέλ illud vocatur, quo homines viri sunt. quod telum qui non habent, nihil

habent viri. Telum igitur & Latini id vocarunt. Justinus lib. xxxviii. sollicitatogue juvene ad colloquium cum ferrum occultatum inter fascias gereret, scrutatori ab Ariarathe regio more misso curiosus inum ventrem pertractanti, ait careret ne aliud telum inveniret quam quæret. atque ita risu protectis insidiis, &c. monobelis autem non monobelis. nam per excellentiam μνόςελος appellati. ut in veteri epigrammate μνόςελος πυγῆ Περίων ab eadem ratione. ὄξοςελος enim est telum aut teli acumen, & quidquid in acutum desinit. μνόςελος igitur & μνόςοςελος idem.

5 Quos Antoninus pulcherrime profligaverat.] Liber Pal. quod, non quos. ut referatur ad bellum. quod melius est: cum Marcomannis bellum inferre vellet, quod Antoninus pulcherrime profligaverat.

CASAUBONUS.

3 Ex nauticis monobelos.] Nauticarum conditionum & in Marco est mentio. de voce bellum pro telo, ante admonuimus. Scripti præferunt monoboles. Si quid mutandum, placeat nobis quod eruditissimo Justo Lipsio, monobelos. causam exposuimus ad Com- modum.

6 Per Chaldæos & magos Antoninum id egisse ut Marcomanni P. R. semper devoti essent.] Qui hoc dicebant, fabulam spectabant de Arnuphi mago Ægyptio, quam refert ex Dione Xiphilinus in Marco.

ninum Marcum id egisse, ut Marcomanni P. R. semper devoti essent atque amici, idque factis carminibus & consecratione : ² quum quæreret quæ illa essent, vel ubi essent, suppressum est. Constabat enim illum ³ ob hoc consecrationem quærerere ut eam dissiparet spe belli concitandi : ⁴ & idcirco maxime quod audierat responsum fuisse ab Antonino bellum Marcomannicum finiendum, quum hic Varius, & Heliogabalus, & ludibrium publicum diceretur: nomen autem Antonini pollueret in quod invaserat. Prodebat autem per eos maxime qui dolebant sibi homines ad exercendas libidines bene vasatos & ⁵ majoris peculii opponi. Unde etiam de nece ejus cogitari cœpit : Et hæc quidem domi. Sed milites pestem illam velari imperatoris nomine pati nequiverunt, ac primum inter sese, deinde per coronas jecere sermones in Alexandrum omnes inclinan-

GRUTERUS.

1 *Factis carminibus : & consecrationem cum quæreret quæ illa esset, vel ubi esset, &c.*] Hanc quoque lectionem imputat nobis Palatinus. prius cusi ; factis carminibus & consecratione : cum quæreret quæ illa essent, vel ubi essent, &c. quæ ipsa vel auribus minus satisfaciebant.

SALMASIUS.

2 *Quum quæreret quæ illa essent aut ubi essent.*] Quum quæreret quæ illa esset, & ubi esset. ita legendum. nam de consecratione intelligi oportet. sequitur enim : constabat enim illum ob hoc consecrationem quærerere, ut eam dissiparet spe belli concitandi.

CASAUBONUS.

3 *Ob hoc consecrationem quærerere, ut eam dissiparet spe belli concitandi.*] Consecrationem appellat ipsam formulam qua utebantur in defixionibus magicis : at dissipare consecrationem est con-

traria formula necessitatem magicæ defixionis solvere. Similis est in aliis sacris resecrandi ritus : quem primum aperuit nobis ad Festum suum vir ingeniosissimus.

4 *Et idcirco maxime quod audierat responsum fuisse, ab Ant.*] Sentus est ni fallor ; tanto cupidius conatum esse Alagabalum consecrationem quæ Marcomannos compescebat, dissipare, quod id putaret esse in proclivi : cum fors olim edita de ejus belli fine hoc diserte diceret, bellum cum Marcomannis ab Antonino finiendum : ipse autem sciebat nullo modo competere id nomen sibi. sperabat igitur posse, quod cupiebat, concitari bellum Marcomannicum. Non video qui exponam aliter istum locum. sed mihi hæc videntur & antithesis & inepta. dices non esse tanti Pergamus igitur.

5 *Majoris peculii.*] Plautus Pseudolo :
Mea quidem herede habeo omnia,
Meo peculio emia.

Qua

clinantes, ¹ qui jam Cæsar erat à senatu dictus ² eo tempore quo Macrinus, consobrinus hujus Antonini. ³ Nam Varia una his erat avia : unde Helio- gabalus *Varius* dicebatur. ⁴ Zoticus sub eo tantum valuit ut ab omnibus officiorum principibus sic haberetur ⁵ quasi domini maritus esset. ⁶ Erat præterea idem Zoticus, qui hoc familiaritatis nomine abutens, omnia Helio- gabali dicta & facta venderet fumis, quam maxime di- vitias enormes sperans, quum aliis minaretur, aliis pol- liceretur, omnes falleret : egrediensque ab illo singu- los adiret, dicens, *De te hoc loquutus sum, de te hoc audi- vi, de te hoc futurum est* : ut sunt homines hujusmodi, qui

¹ Qui jam Cæsar erat à senatu dictus eo tempore quo Macrinus, consobrinus hujus A.] Dele illa omnia, eo tempore quo Macrinus. irrepserunt enim ex ora libri. glossa est sed imperfecta, quam apposuerat aliquis ad illa verba, à se- natu dictus est. hoc modo : eo tempore quo Macrinus est occisus, vel perit. recte, & ut videtur ex initio vitæ Alexan- dri.

SALMASIUS.

¹ Qui jam Cæsar erat à senatu dictus eo tempore quo Macrinus, consobrinus hujus Antonini.] Recte quidem illa de- lent eruditi homines, eo tempore quo Macrinus. sed aliter huic loco consul- tum eunt veteres membrana, & editio Mediolan. in quibus ita mihi le- ctum est : qui jam Cæsar erat à senatu, eo tempore quo Macrinus, hujus Antonini. ex, quo Macrinus, faciendum consobri- nus : in Alexandrum omnes inclinantes qui jam Cæsar erat à senatu eo tempore, consobrinus Antonini. hic enim sensus est : jam eo tempore fuisse Cæsarem Alexandrum Heliogabali consobri- num, quo tempore de nece illius monstri cogitari ceptum est.

⁵ Quasi domini maritus esset.] Deest Palatino verbum esset. & recte deest : Zoticus sub eo tantum valuit, ut ab omni- bus officiorum principibus sic haberetur quasi domini maritus.

GRUTERUS.

² Eo tempore quo Macrinus, consobri- nus hujus Antonini.] Vox consobrinus non est in Pal. at eam tamen heic re- quirere, quis videt; magisque abji- ciendum alterum Macrinus.

CASAUONUS.

³ Nam Varia una his erat avia.] Tò una, in menda cubat. & fortasse de- lendum.

⁴ Zoticus sub eo tantum valuit.] Au- relius Zoticus Smyrnæus, qui & Ma- girus de artificio quod pater exercue- rat, dictus. lege Dionem.

⁵ Quasi domini maritus esset.] Lego, domina. Zoticus maritus, Alagaba- lus domina, id est uxor. diserte apud Dionem ipse Alagabalus jubet Zoti- ticum haberi, κύριον, ἢ κυρίαν. idem postea : ἢ τέλει, ἢ ἐγγύς, γυνή τε ἢ δέσποινά, βασιλῆς τε ἀνο- μοῦς. Romanae matres familias vulgo cum ab aliis, cum ab ipsis ma- ritis vocabantur Dominae, ut in ali- quot Pandectarum locis. Epictetus in Enchiridio : αἱ γυναῖκες δού- λῶν τῶν ἀρεσκῶν δὲ τῶν ἐπὶ τῶν ἀν- δρῶν κύριαι καλεῖται.

⁶ Erat præterea idem Zoticus.] Scribe, Erat præterea is idem Z.

I Insais

qui si admissi fuerint ad nimiam familiaritatem principum, famam non solum malorum, sed & bonorum principum vendunt, & qui, stultitia, vel innocentia imperatorum qui hoc non perspiciunt, infamirumigeratione pascuntur. Nupsit & coitit ut & pronubum haberet, clamaretque, ² *Concide Magire*, ³ & eo quidem tempore quo Zoticus ægrotabat. quærebat deinde à philosophis & gravissimis viris, ⁴ an & ipsi in adolescentia perpeffi essent quæ ipse pateretur, & quidem impudentissime: neque enim unquam verbis pepercit infamibus, ⁵ quum & ⁶ digitis impudicitiam ostentaret, nec ullus in conventu & audiente populo esset pudor. ⁷ Fecit libertos præfides, legatos, consules, duces,

¹ *Infamirumigeratione.*] *Λογερτίος.* sed aliter accipe quam apud Theophrastum. nam rumigerator Theophrasti fingit rumores & rerum novarum nuntios, nullo aut alio fine, ingenii tantum vitio usus: hic omnia refert ad lucrum suum.

² *Concide magire.*] Scribe, *Magire.* modo probavimus ex Dione. *percidere* & *concidere* obscenæ notionis sunt verba.

³ *Et eo quidem tempore quo Zoticus ægrotus.*] Vocat ægrotum qui potio-natus à rivali laboraret *ἀσθενής*, ut ait Dio: qui totam historiam refert.

⁴ *An & ipsi in adolescentia perpeffi essent quæ ipse pateretur.*] Hoc ideo, quia probrosissimo huic Tractitio persuasum erat, quod ait Sueronius se comperisse ex nonnullis Neronem persuasissimum habuisse, neminem hominem esse pudicum. vide locum, libro sexto, capite xxix.

⁶ *Digitis impudicitiam ostentaret.*] Digitis in obscenum modum formatis, ut de Caligula Sueronius.

SALMASIUS.

⁵ *Cum & digitis impudicitiam ostentaret.*] *Ostentare impudicitiam*, est digitos ita formare, ut obscenam figu-

ram ostendant. sic digitis aureos ostentare supra dixit, digitis in numeralem notam formatis, aureorum summam, quam se daturum pollicebatur ostendere. in Juliano: *sed ferro & vulneribus & pollicitationibus aureorum quos ostendebat ipse Julianus ut fidem faceret, summotus atque depulsus est.*

⁷ *Fecit libertos præfides, legatos, consules, duces.*] Puto legendum: *fecit libertos præfides, legatos, præconsules.* atque hi sunt omnes qui per illa tempora nominantur provinciarum rectores. in vita Pescennii: *primum ut nulli ante quinquennium succederetur provincia præfidi legato & præconsuli.* in Alexandro Severo: *præfides vero, præconsules, & legatos nunquam fecit ad beneficium, sed ad iudicium vel suum vel senatus.* in eadem vita, provinciarum nominantur *præfides, legatorie, & præconsulares.* præconsulares erant populi; præfides & legatorie Cæsaris: atque hæc per legatos vel prætorios vel consulares administrabantur de legatoris dico. post Constantinum eadem mansit provinciarum divisio in præfides, consulares, & præconsulares. nam cum antea legati Cæsaris essent, & prætorii & consulares, qui ad provincias Cæsarianas regendas mittebantur, soli remansere consulares. qui

duces, omnesque dignitates polluit ignobilitate hominum perditorum. Quum ad vindemias vocasset amicos nobiles ¹ & ad corbes sedisset, gravissimum quemque percunctari cœpit an promptus esset in Venerem, erubescensque senibus exclamabat, *Erubuit, salva res est*, silentium ac ruborem pro consensu ducens. Addidit præterea ipse quæ faceret sine ullius pudoris velamento. Posteaquam senes vidit erubescere ac tacere, vel quia ætas vel quia dignitas talia refutabat, contulit se ad juvenes, & ab his cœpit omnia exquirere. à quibus quum audiret ætati congrua, gaudere cœpit & dicere, ² vere liberam vindemiam esse quam sic celebrarent. Ferunt multi ab ipso primum repertum, ut in vindemiarum festivo multa in dominos jocularia & audientibus dominis dicerentur, quæ ipse composuerat & Græca maxime. Horum pleraque Marius Maximus dicit in vita ipsius Heliogabali. Erant amici improbi, & senes quidam & specie philosophi, qui caput reticulo componerent, qui improba quædam pati

qui pratorii enim tantum erant, consulari tamen fere potestate provincias regebant, & sic omnes dicti sunt consulares. eodem fere modo proconsules omnes appellati sunt, qui in populi provincias proficiscerentur, etiam si pratoria tantum essent. sic Bithyniæ prætorem vocat quodam loco Tacitus, quem alibi proconsulem. is proprator in antiqua inscriptione dicitur. *ἀντιπρότομος* & *Bithynias*. Festus Rufus scribit Siciliam cum primum provincia facta est à Marcello consule obtentam, deinde commissam esse prætoribus; postea à præsidibus rectam. prætores illi proconsules passim appellati sub imperatoribus, & Sicilia ipsa proconsularis. sed hæc alibi fufius.

CASAUBONUS.

¹ *Et ad corbes sedisset.*] Uvæ electas ad edendum. Varro Rei rusticæ

libro primo, cap. 114. *In vindemiam diligentius uvæ non solum legitur ad bibendum, sed eligitur ad edendum: itaque lecta jus deferitur in forum vinarium, unde in dolium inane veniat; electa in secretam corbulam, unde in ollulas addatur.*

² *Vere liberam vindemiam esse.*] *liberam sive Liberam*, hoc est, Βακχικὴν & convenientem Libero patri.

SALMASIUS.

² *Vere liberam vindemiam esse quam sic celebrarent.*] Liberam non à Libero patre, nec enim eo alludit Heliogabalus, sed vere liberam quæ vera cum libertate, ac factorum dictorumque licentia celebraretur. unde vita libera, & vitæ liberæ homines, luxuriosi & genio indulgentes: & vitæ libertas in Faustina reprehensa: & liberi homines ἐρωτικοί. vide quæ supra notavimus.

fff

t Uvæ

pati se dicerent, qui maritos se habere jactarent. Quos quidam finxisse dicunt¹ ut illi fierent vitiorum imitatione chariores. Ad præfecturam prætorii saltatorem qui histrionicam Romæ fecerat, ascivit: præfectum vigillum² Gordium aurigam fecit: præfectum annonæ Claudium censorem. ad honores reliquos promovit commendatos sibi pudibulum enormitate membrorum. ad vicepsimam hereditatium mulionem curare jussit.

CASAUBONUS.

1 Ut illi fierent vitiorum imitatione clariores.] Nemo non cæcus dubitabit legendum esse chariores.

3 Præfectum annonæ Claudium censorem.] Melius Censorem, ut sit cognomen istius. Fuere inter cognomina Romana, Rex, Augur, Auspex, Memor, Cursor, Fullo, & Censor, unde Censorinus. Ita autem membrana, non ut viri docti emendabant, mensor; vel, ut liber Cujacii, tonsor. certum tamen, horum alterutrum esse verum.

4 Ad vicepsimam hereditatium mulionem curare jussit.] Hoc est, destinavit procuratorem ad vicepsimam hereditatium. Sic in antiqua inscriptione, procurator ad prædia Gallicana.

GRUTERUS.

1 Ut illi fierent vitiorum imitatione clariores.] Sic omnino Pal. malè vulgo clariores.

2 Gordium aurigam.] Ita rursus heic Palatinus, nisi quod is Cordium.

3 Præfectum annonæ Claudium censorem.] Nihil variat Palat. sed mihi eripi non potest fuisse scriptum primitus tonsorem: quod cum retineat codex Cujacii, habuerim pro verissimo.

SALMASIUS.

2 Gordium Aurigam.] Pal. Cordium, ut supra.

4 Præfectum annonæ Claudium censorem.] Non placet cum viro doctissimo scribi Censorem, ut nomen familiaræ intelligatur: debet enim esse vilis & minus honesti cujusdam artificii nomen. præfectus prætorii sal-

tator, & præfectus vigillum auriga ab illa bellua promoti, & mulio vicepsimæ hereditatium procurator factus, & cursor, & coquus, & claustrarius artifex. sic & præfectum annonæ alicui tali contemnendæ & infimæ conditionis & artis homini commisit. nihil aptius nunc succurrit, quam quod olim magno Cujacio in mentem venit: Claudium tonsorem. nam c & t confunduntur in libris sæpe: ut o & e invicem frequentissime commutantur.

4 Ad vicepsimam hereditatium mulionem curare jussit.] Procurator ad vicepsimam, procurator à vicepsima, & procurator vicepsime dicebatur. tot enim modis hæc efferebant. sic magister ad epistolas, magister ab epistolis, & magister epistolarum pro eodem. sic magister à Bibliotheca Latina in antiquis inscriptionibus: & magister ab marmoribus. in iisdem inscriptionibus, procurator à mandatis, procurator à patrimonio sæpius legitur: & procurator ad prædia Gallicana, ut hoc loco procurator ad vicepsimam, vel curator. sic minister ad cyathos, & à cyathis, & cyathorum dicebatur: & servus à manu, & ad manum. nam idem est à manu & ad manum. sic servus à pedibus, & ad pedes. Martialis:

— ducit ad pedes sernam.

sic ad vestem & ad argentum potorium, à veste, & ab argento potorio: ubi semper intelligendus aut minister aut curator. sic adjutor à rationibus, adjutor ab epistolis, passim in veteribus saxis.

1 Nec

jussit. jussit & cursorem, jussit & cocum & claustrarium artificem. Quum ingressus est vel castra vel curiam, aviam suam Variam nomine, de qua superius dictum est, secum induxit, ut ejus autoritate honestior fieret, quia per se non poterat: nec ante eum (quod jam diximus) senatum mulier ingressa est ita ut ad scribendum rogaretur & sententiam diceret. In conviviis exoletos maxime juxta se ponebat, eorumque attrectatione & tactu præcipue gaudebat: ¹ nec quisquam ei magis poculum quum bibisset, dabat. Inter hæc ma-
la vitæ impudicissimæ, Alexandrum quem sibi adoptaverat, à se amoveri jussit, dicens se pœnitere adoptionis, mandavitque ad senatum ut Cæsaris ei nomen abrogaretur: Sed in senatu hoc prodito ingens silentium fuit. ² Siquidem erat optimus juvenis Alexander, postea comprobatus genere imperii ejus, ³ quum ideo displiceret patri quod impudicus non esset. ⁴ Erat autem idem consobrinus, & ut quidam dicunt, à militibus etiam amabatur, & senatui acceptus erat & equestri ordini. Nec defuit tamen furor usque ad exitum voti pessimi: ⁵ nam ei percussores immisit. Et hoc quidem modo ipse secessit ⁶ ad hortos Spei veteris, qua-
si con-

¹ Nec quisquam ei magis poculum cum bibisset dabat.] Cum bibisset, id est cum biberet. quæ temporum enallage est apud istos auctores.

² Siquidem erat optimus juvenis Alexander postea comprobatus genere imperii ejus.] Si quis diligenter attendat, hanc orationem non bene procedere animadvertet. eam nos correctoribus debere docuit Palatinus, & item vetus editio Mediolanensis: nam sic habent: siquidem erat optimus juvenis Alexandrum postea comprobatum genere imperii ejus. scribendum meo periculo: siquidem erat optimus juvenis Alexander, ut postea comprobatum genere imperii ejus.

⁴ Erat autem idem consobrinus, & ut quidam dicunt à militibus amabatur.] Le-

ge: erat autem eidem consobrinus, ut quidam dicunt, à militibus etiam amabatur & senatui acceptus erat & equestri ordini.

CASAUBONUS.

¹ Nec quisquam ei magis poculum cum bibisset dabat.] Cur non dixit uno verbo, ei propinabat?

³ Cum ideo displiceret patri.] Alagabalo, qui contra quam legibus R. sit constitutum, filium adoptaverat annorum XII. cum esset ipse XVI. natus.

⁵ Nam ei percussores immisit.] Vel, summisit.

⁶ Ad hortos Spei veteris.] In Urbis descriptione antiqua apud Onuphrium, Spes vetus nominatur regione quinta Esquilina. videntur ad eam hanc isti horti fuisse. Spent

Fff 2 deam

si contra novum juvenem vota concipiens, relicta in Palatio matre & avia & consobrino suo: jussitque ut trucidaretur juvenis optimus & Reip. necessarius. Misit ad milites literas quibus jussit ut abrogaretur nomen Cæsaris Alexandro. Misit¹ qui in castris² statuarum ejus titulos luto tegerent, ut fieri solet de tyrannis. Misit & ad nutritores ejus quibus imperavit sub præmiorum spe atque honorum, ut eum occiderent quo vellent modo, vel in balneis, vel veneno, vel ferro. *Sed nihil agunt improbi contra innocentes.* Nam nulla vi quis adduci potuit ut tantum facinus imple-
 14 ret, quum in ipsum magis conversa sint tela quæ parabat aliis, ab iisque sit interfectus quibus alios appetebat. Sed ubi primum lutati sunt tituli statuarum, milites omnes exarserunt: & pars in Palatium, pars in hortos in quibus erat Varius, ire tendunt ut Alexandrum vindicarent, hominemque impurum eundemque parricidialis animi tandem à Rep. depellerent. Et quum in Palatium venissent, Alexandrum cum matre atque avia custoditum diligentissime postea in castra duxerunt. Sequuta autem erat illos Semiamira mater Heliogabali pedibus,³ sollicita filio. Inde itum est in hor-

deam coluisse Romanos, jam inde à Collatino consecratam in foro oli-
 torio constat ex Livio & M. Tullio: deinde plures eidem ædes posita.

SALMASIUS.

1 *Qui in castris statuarum ejus titulos luto tegerent.*] *Tegeret, P. & v. ed.*

CASAUBONUS.

2 *Statuarum ejus titulos luto tegerent, ut fieri solet de tyrannis.*] Cur non hoc potius jubet, ut statuarum detrahantur franganturque? Utrumque in tyrannorum statuis & omnium quorum dampnaretur memoria solitum usurpari, ut & detraherentur sive imagines, sive statuarum, & luto oblinerentur, aut nigro colore deformarentur,

ut de Maxentii imaginibus scribit Eusebius lib. 1x. in extremo. cum erant fusiles statuarum, iis constat, visa ad obscenos usus interdum inde conficiebant: ut Athenienses olim matulas è statuis Demetrii Phalerei, teste Laertio. Mos luto inquinandi antiquissimus est, & qui, si credimus Græcis grammaticis, ab Athenicisum insitutus habet originem: nam scribunt illi, solitos Athenienses damnatos alicujus criminis luctare, & ita traducere: quod *απομαρτυροῦν* dixerunt.

3 *Sollicita filio.*] Sic & membranz, pro, de filio. ita dixerunt *dolere alicuius*, pro vicem alicujus. Lucifer Callitætanus, *Doleo tibi, Imperator.*

hortos : ubi Varius invenitur certamen aurigandi parans , expectans tamen intentissime quando eidem nuntiaretur consobrinus occisus. Qui subito militum strepitu exterritus in angulum se condidit : objectu- que veli cubicularis , quod in introitu erat cubiculi , se texit. Misit ex præfectis alios ad compefcendos milites in castra ; alios verò ad eos placandos qui jam in hortos venissent. Antiochianus igitur ex præfectis unus, milites qui in hortos venerant, & sacramenti admonitione exoravit ne illum occiderent, quia nec multi venerant, & plerique cum vexillo quod Aristomachus tribunus retinuerat, remanserant. hæc in hortis. In castris vero milites precanti præfecto dixerunt se parafuros esse Heliogabalo, si & impuros homines & aurigas & histriones à se dimoveret, atque ad bonam frugem rediret : his maxime submotis qui cum omnium dolore apud eum plurimum poterant, & qui omnia ejus vendebant, vel vanitate vel fumis. Remoti sunt denique ab eo Hierocles, Gordus, & Murifimus,

15

1 *Veli cubicularis, quod in introitu erat cubiculi.*] Assentior ferme Petro Fabro, qui illa, quod in introitu erat cubiculi, censebat inducenda.

4 *Herodes.*] Jam diximus scribendum esse Hierocles, & statim, Hieroclem. atque hic rectè erat in regio.

SALMASIUS.

2 *Et qui omnia ejus vendebant vel vanitate vel fumis.*] Quæro quid intersit inter vanitatem & fumos. fumis quidem vendere quid sit notum est, cum ii proprie fumis vendere dicantur res principis qui quæ non possint præstare, quasi in sua sint maxime potestate, non dubitant polliceri. quod idem est, & vanitate vendere. at sunt qui & revera vendunt, plurimumque possunt apud principes, dictaque eorum & facta vendunt. iique veritate vendunt non vanitate. quam lectionem heic reponendam cenfeo con-

firmatam veteri editione & Palatini codicis testimonio, qui non aliter habent. scribendum igitur : *his maxime submotis qui cum omnium dolore apud eum plurimum poterant, & qui omnia ejus vendebant vel veritate vel fumis.* veritate aliquid fieri dicitur quod revera fit. Zeno Veronensis sermone de pudicitia : *semper enim cæcæ quæritis sui procella submergitur, dum semper exastans libidinis turpitudine aut veritate aut imagine perpetratur.* ita etiam alicubi locutus Apuleius. Cornificius ad Herennium : *in veritate dicere.* Arnobius lib. v. *Ascensiva deinde luxuriantis assumpta huc atque illuc eluces torquet, & meditatæ ab ligno pati, quod jam dudum in veritate promiserat.*

GRUTERUS.

3 *Remoti sunt denique ab eo Herodes, Gordus, & Murifimus.*] Pal. *Myristicus.*

fff 3

5 Gordus.

simus, & duo improbi familiares qui eum ex stulto stultiorem faciebant. ¹ Mandatum præterea à militibus præfectis ne paterentur illum ita diutius vivere: & ut Alexander custodiretur, ne vel illi aliqua vis afferretur, simul ne Cæsar quempiam amicum Augusti videret, ne ulla fieret imitatio turpitudinis. Sed Heliogabalus ² & ingenti prece Hieroclem reposcebat impudicissimum hominem, ³ & insidias indies Cæsari propagabat. Denique Cal. Januariis, quum simul tum designati essent consules, ⁴ noluit cum consobrino procedere. Ad extremum quum ei avia & mater dicerent, imminere milites ad ejus exitium, nisi concordiam viderent inter se consobrinoꝝ, sumpta prætexta hora diei sexta processit ad senatum, avia sua ad senatum vocata, & ad sellam producta. Deinde in Capitolium

CASAUBONUS.

¹ Gordus & Myrissimus.] De Gordo ante dictum. regius præfert, *Minicissimus*. nomen sive cognomen æque insolens. sed, ut superius monebamus, solebant aurigis & histrionibus ridicula & peregrina ac nova imponere nomina. si regium sequimur, scribam, *Minacissimus*. quod non male agitatori convenit magna minanti. Est lapis Lugduni in basilica Irenæi, ubi leguntur hæc inter alia: C. VAI. MIRISMVS. non abludit vulgata lectio ab hoc cognomine. sed puto male scriptum pro *Mirissimus*. quod agitatori multarum palmarum quadrat. optimè, similia multa nomina occurrunt, ut *Verissimus*, *Felicissimus*, & alia. Probam vocem esse *Mirissimus*, docet Festus, qui auctor est voce *mirior* usos veteres.

SALMASIUS.

¹ Gordus & Myrissimus.] *Cordus* & *Myrissimus*. ita Palatinus. sed *Mirissimus* pro *Myrissimus* reponendum. nam *Myrissimus*, nec Græcum est nec Latinum, ut nec *Myrissimus*. at *Mirissimus* etiam mentio in veteribus inscriptionibus.

¹ Mandatum præterea à militibus præfectis.] Palat. à militibus præfectis. male.

² Et ingenti prece Hieroclem reposcebat.] Et heic aperte Palatinus scriptum exhibet, *Hieroclem*. quomodo ubique legendum jam viderunt enuditi viri.

³ Et insidias in dies Cæsari propagabat.] *Mediolanensis* editio cum Palatino: & *insidias in dies Cæsaris propagabat*. *insidias Cæsaris*, quæ Cæsari struebantur. nihil tamen mutandum.

CASAUBONUS.

⁴ Noluit cum consobrino procedere.] Quid sit *consobrino* Consul is nemo explicat ita ubertim ac Justinianus Novella cv. sed loquitur hic de processu primo Kalendis Januarii in Curiam & in Capitolium: qua de re Plinius in panegyrico, & alii multi.

SALMASIUS.

¹ Et ad sellam producta.] Quid est ad sellam producere? vetus lectio habet: *perducta*. atque id verum est. *aviam suam ad senatum vocata & ad sellam perducta*. id est, vocata ad senatum venit sella perducta. *perducere ad sellam pro sella perducere*. sic *ad cornu infundere* Vegetio

folium ad vota concipienda, & perficienda solennia ire noluit: omnia per præfectum urbanum facta sunt, quasi consules illic non essent. Nec distulit cædem 16. confobrini, sed timens ne senatus ad aliquem se inclinaret si ille confobrimum occidisset, jussit subito senatum urbe decedere: omnesque etiam quibus aut vehicula aut servi deerant, subito proficisci jussi sunt: quum alii per bajulos, alii per fortuita animalia & mercede conducta veherentur: 3 Sabinum consularem virum, 4 ad quem libros Ulpianus scripsit, quod in urbe remansisset, 5 vocato centurione mollioribus verbis, jussit occidi. Sed centurio aure surdior imperari sibi credidit ut urbe pelleretur: itaque fecit. 6 sic vitium centurionis Sabino saluti fuit. Removit & Ulpianum jurisconsultum, ut bonum virum; 7 & Silvinum rhetorem, quem magistrum Cæsaris fecerat. Et Silvinus quidem occisus est, Ulpianus verò reservatus. 8 Sed milites,

Vegetio pro cornu, in libris de re veterinaria. sic ad vestes scribere pro vestibus. idem lib. III. cap. IV. de re militari: ad vestes pro similitudine gladiatorum punctum casumque feriendo. ita enim legendum illo loco. vulgo interferunt, ad vestes jactandos. sic lapides ad fundas jacere apud eundem: erant funditores qui ad fundas vel fustibales lapides jaciebant. erant tragularii, qui ad menubalistas vel arcubalistas dirigebant sagittas. sic ad pila pugnare idem dixit pro pilis pugnare. sed hæc alibi.

1 Ne senatus ad aliquem inclinaret.] Senus pro senatus exaratum in Pal. sic conlatum supra pro consulatum præferbat media syllaba extrita.

CASAUBONUS.

2 Per bajulos.] Lecticariorum aut δειγματῶν vice subcollantes.

3 Sabinum consularem virum.] De hoc in extrema vita Alexandri Severi.

4 Ad quem libros scripsit.] Scripsit Ulpianus ad Sabinum libros unum & quinquaginta.

5 Vocato centurione mollioribus verbis.] Distingue, vocato centurione, mollioribus verbis jussit occidi. hoc est, voce submissiore, & vultu magis tranquillo quam ut cædem videretur imperare.

6 Sic vitium centurionis Sabino saluti fuit.] Ridiculum est, quod quidam legunt, concionis. surdiginem vocat vitium cent.

7 Et Silvinum rhetorem.] Membrana semper Salvinum.

SALMASIUS.

8 Sed milites & prætoriani maxime scientes qua mala in Helioabalum pararent.] Turpiter affectus hic locus, & ἀνυκίστως deformatus. ad cujus salutem nihil aliud possum melius, quam veterem lectionem proponere, ut ejus vestigiis insistentes qui sagaciores erunt, aliquando possint ad verum per illa pervenire. sic ea igitur habet, ne una quidem dissimulata littera: sed milites & maxime prætoriani vel scientes qui mala in Helioabalum pararent, vel quod sibi viderent invidiam, sagittaque

FFF 4

lites, & maxime prætoriani, 'vel scientes quæ mala in Heliogabalum pararent, 'vel quod sibi viderent invidiam, facta conspiratione ad liberandam Remp. primum in conscios vario genere mortis, quum alios

vitali-

conspiratione ad liberandam remp. primum conscii genere mortis cum alios vitalibus exemptis necarent, alios ab ima parte perfoderent. huc convenient, qui ingenio fidunt. heic heic est ubi illud pulcre poterunt aut exercere aut ostendere. nobis cum alterum sit negatum, illud quod reliquum est & quod omnibus licet, aggrediamur, & ingenii saltem exercendi gratia locum hunc pæne desperatum in sanitatem restituere tentemus. sic igitur legebam paucis mutatis: sed milites & maxime prætoriani vel scientes qui malum Heliogabalum pararent, vel quod sibi viderent invidiam, facta conspiratione ad liberandam remp. primum conscivere mortem his, cum alios vitalibus exemptis necarent, alios ab ima parte perfoderent, ut mors esset vita consentiens: post in eum impetus factus est. sensus est, Prætorianos & quod scirent, qui malum Heliogabalum pararent, id est qui eum corruperant & depravarant, & quod invidiam sibi viderent ex mala ac perdita Heliogabali vita, primum corruptoribus illis, necem conscivisse, post hæc in ipsum Heliogabalum impetum fecisse. vel pro & quod sexcentis locis apud hos auctores observavimus. vel scientes, vel invidiam sibi videntes. pro & scientes, & invidiam sibi videntes. sic in pervigilio Veneris:

Heic erunt raris puella, vel puella montium.

& apud Rufinum lib. 1. Historiæ Ecclæs. ut apud Alexandriam, & in urbe Roma veteris consuetudo servetur: ut vel ille Ægypti, vel hic suburbicariarum Ecclæsiarum sollicitudinem gerat. pro, ut & ille Ægypti, & hic suburbicariarum Ecclæs. sollicitudinem gerat. ita hoc loco plane: vel scientes, vel quod sibi viderent, est, & scientes, & quod sibi

viderent. pro illis autem; qui mala in Heliogabalum pararent, fecimus: qui malum Heliogabalum pararent. deinde pro illis, conscii genere mortis, iudicavimus faciendum: conscivere mortem his, quæ mutationes non sunt nimis audaces, aut à vero alienæ, & per has, nisi me ipsum decipio, veram huius loci lectonem, & investigavimus, & invenimus.

CASAUBONUS.

1 *Vel scientes quæ mala in Heliogabalum pararent.* Incepta lectio: regius, paraverant. Scribe, in eos Heliogabalum pararet. sic autè non semel in eis, pro, in se.

2 *Vel quod sibi viderent invidiam facta conspiratione ad liberandam Remp.* Multis modis male accepta hæc periodus à librorum istis torribus. nam quæ minimum voces deliderantur ut fulciatur lapsans sententia. Potes ita concinnare: vel quod sibi invidiam jam conflam, facta conspiratione ad liberandam Remp. primum in conscios fecerunt vario genere mortis. nolim asseverare ita prorsus scripsisse auctorem: de sententia quidem non dubito, loquitur de prætorianis illis qui vim principi suo jam intulerant: cum ex illius manibus Alexandrum eripuerunt cædi ab Alagabalo delinatum. qui igitur huius facti invidiam semel subiissent, decreverunt callide fidei in totum renuntiare, & imminentes pœnas antevertere.

GRUTERVS.

1 *Vel scientes quæ mala in Heliogabalum pararent.* Sic libuit rescribere cum Regio & Palatin. antea erat, pararent. male. quippe occiderunt prætoriani Imperatorem, vel meru pœnæ ob ea quæ diliquerant; vel, si non punirentur, ne impares forent invidiæ.

1 Tractus

vitalibus exemptis necarent, alios ab ima parte perforerent, ut mors esset vitæ consentiens. Post hoc in eum impetus factus est, atque in latrina ad quam confugerat occisus. ¹⁷ Tractus deinde per publicum, additaque injuria cadaveri est, ut id in cloacam milites mitterent. ² Sed quum non cepisset cloacula fortuito, per pontem Æmilium annexo pondere ne fluitaret, in Tiberim abjectum est ne unquam sepeliri posset. Tractum est cadaver ejus etiam per circi spatia, priusquam in Tiberim præcipitaretur. Nomen ejus, id est Antonini, erasum est senatu jubente, remansitque Varii Heliogabali: siquidem illud affectatò retinuerat, quum vult videri filius Antonini. Appellatus est post mortem ³ *Tiberinus*, & ⁴ *tractitius*, & *impurus*, & multa, si quando ea erant designanda quæ sub eo facta videbantur: ⁶ solusque omnium principum & tractus est, & in cloacam missus, & in Tiberim præcipitatus. Quod odio communi omnium contigit, à quo speciatim cavere debent imperatores: siquidem nec sepulchra mereantur qui amorem senatus, populi, ac militum

SALMASIUS.

¹ Tractus deinde per publicum, additaque injuria cadaveri est. Tractus deinde per publicum: addita injuria cadaveri est ut id in cloacam mitteretur.

³ *Tiberinus* & *tractitius* & *impurus*.] *Tractitius* constanter in veteribus excusis & exaratis legitur hoc loco. nec respuendum erat. nam tractare pro trahere etiam positum, ut in illis versibus apud Marium Victorinum: *agite ite, solvite, rapite coma, tractate per aspera saxa, & humum, scindite vitem ocyus.*

⁶ Solusque omnium principum tractus est.] Solusque omnium principum & tractus est & in cloacam missus.

CASaubonus.

² Sed cum non cepisset cloacula fortuito.] Victor alter: novissime cum foramen cloacæ corpus minime reciperet, usque ad

Tiberim ductum, adjecto pondere ne unquam emergeret, in fluvium projectum est.

⁵ Et multa,] Inter ista multa nomina quæ per ludibrium indita Alagabalo postquam periisset, fortasse & Gabalus dictus est. quod erat scelerati hominis & cruce digni convitium, ut ad Diadumenum dicebamus. Atque hinc error Servii videtur mansisse, de quo superius initio hujus libri. Sed non displiceat conjectura viri optimi atque eruditissimi Antonini Loiselii, cui pro multa, videbatur scribendum mulier.

⁶ Solusque omnium principum tractus est.] Quid Virellius? nonne & ipse tractus, & in Tiberim præcipitatus? sed in cloacam missus non est. hoc unum dici potest, ut ne dicamus lapsum memoria auctorem.

GRUTERUS.

⁴ *Tractitius*.] Pal. *Tractitius*.

FFF 5

1 Et

tum non merentur. Opera publica ipsius præter ædem Heliogabali dei, quem Solem alii, alii Jovem dicunt: ¹ & amphitheatri instauratio post exustionem, & lavacrum in vico Sulpitio, quod Antoninus Severi filius cœperat, nulla extant: ² & lavacrum quod Antoninus Caracallus dedicaverat, & lavando & populum admittendo. Sed porticus defuerant, ³ quæ postea ab hoc

CASAUBONUS.

¹ *Et amphitheatri instauratio.] Scribendum, instauracionem. probant præcedentia.*

² *Et lavacrum quod Antoninus Caracallus dedicaverat.] Ridicula lectio: facit enim duo lavacra Antoniniana Romæ, quæ ab eodem principe Antonino Caracallo essent extructa. Nos scimus unas fuisse Antoninianas thermas, quarum conditor Caracallus. In regio & altero Puteani, Et lavacrum quidem Antonini Caracalli dedicaverat. optima & non parvi ad historiam momenti lectio: tantum corrige Caracallus pro Cavacalli. non igitur de alio lavacro sentit quam eo, cujus fecit mentionem. lavacrum Antonini, inquit, sive Antoninianas thermas Caracallus quidem velut perperuum opus dedicaverat, & in iis cum lavabat ipse, tum populum admittebat. opus tamen imperfectum reliquerat Caracallus; deficientibus porticibus, quas Alagabalus inchoavit, Alexander perfecit. Omittit Lampridius dicere de Varianis thermis: quas ab hoc principe & extructas puto, & nominatas. mentio ejus operis & in Urbis descriptionibus, & in antiquis inscriptionibus. Sed Antoninianarum tantus fuit splendor, ut ad illarum ornatum aliquid attulisse, majus visum fuerit, quam opus novum fecisse. Olympiodor. in Excerptis apud Photium: *ἦσαν ἡ καὶ λυτὰ ἀδημόσια παμμεγέθη. καὶ δὲ Ἀντωνινιανῶν ἄνω καὶ ἑσθίας, εἰς ἡρείαν τῶν λαοφρόνων καὶ θέσπρας εἶχον τῶν ὄψεσιν ἡλικίας ἐξαιροῦσας, ἐκ μαρμαίρων καὶ πικρῶν ἀσπίδων ἐξῆσαν.**

cedo quanta operis hujus vastitas quod caperet lavantium fellas ciro: del

³ *Quæ postea ob hoc sub Decio Antonino extructæ sunt.] Scribendum erat ex regio, sub dicto Antonino, nempe Heliogabalo.*

GRUTERUS.

² *Et lavacrum quidem Antonini Caracallus dedicaverat.] Ita omnibus litteris Pal. prius habebamus inepte: & lavacrum quod Antoninus Caracallus ded.*

SALMASIUS.

¹ *Et amphitheatri instauratio.] Leget & amphitheatri instauracionem. præcellit enim: opera publica ipsius præter ædem Heliogabali dei, & amphitheatri instauracionem post exustionem & lavacrum in vico Sulpitio quod Antoninus Severi filius cœperat, nulla extant.*

³ *Quæ postea ob hoc sub Decio Antonino extructæ sunt & ab Alexandro perfectæ.] Hæc corruptissima sunt. nec opis aliquid in libris. nos felici conjectura emendamus: sed porticum defuerant quæ postea ab hoc subditio Antonino extructæ sunt, & ab Alexandro perfectæ: subdititius Antoninus est, Heliogabalus qui in nomen Antonini turpiter invaserat. subdititium Antoninum, quem in fine vitæ salsum Antoninum appellavit. Hic finis, inquit, Antoninorum nomen in rep. fuit, secantibus cunctis istum Antoninum tam vitæ salsum fuisse quam moribus. sic de Diadumeno qui Antonini nomen nihil ad se pertinens usurpaverat, scribit, eum celum nothum Antoninorum nomini fuisse appositum. hoc est nothum fuisse Antoninum & subdititium, quem locum temere solli-*

hoc ¹ subditio Antonino extractæ sunt, & ab Alexandro perfectæ. Hic ultimus Antoninorum fuit, ¹⁸ quamvis cognomine postea Gordianos multi Antoninos putent, qui Antonii dicti sunt, non Antonini. Vita, moribus, improbitate ² ita odibilis, ³ ut ejus nomen senatus eraserit. quem nec ego Antoninum vocassem, nisi causa cognitionis, quæ cogit plerumque dici ea etiam nomina quæ sunt abolita. Occisa est cum eo ⁴ & mater Semiamira probrosissima mulier & digna filio. Cautumque ante omnia post Antoninum Helio- gabalum, ne unquam mulier senatum ingrederetur, utque inferis ejus caput dicaretur devovereturque per quem id esset factum. De hujus vita multa in literas missa sunt obscena: quæ quia digna memoratu non sunt, ea solum prodenda censui quæ ad luxuriam pertinebant: quorum aliqua privatus, aliqua jam imperator fecisse perhibetur: quum ipse privatus diceret se Apicium, imperator vero, Neronem, Othonem, & Vitellium imitari. ⁵ Nam primus omnium, privato- ¹⁹

rum

solicitarunt viri adprime docti. sic igitur edi debuit.

GRVTERVS.

¹ Sub dicto Antonino.] Sic scripsi, sequutus codicem Regium. nam Pal. sub Decio, ut vulgata. sed nihil usitatus quam I degenerare in E, ut & I in T, norunt qui versarunt codices calamo exaratos litteris capitalibus.

SALMASIUS.

³ Ut ejus nomen senatus eraserit.] Ut ejus senatus & nomen eraderet. ita in Palatino.

⁴ Et mater Semiamira.] Symiamira. vide supra.

CASAVBONVS.

² Ita odibilis.] Non male auctor Glossarii Latinoarabici, exoticus & odibilis pro dictionibus ejusdem notio- nis accipit: nam ita solent quæ fiunt contra morem patrium esse odio. &

Græci quæ novitate displicent, ξίνα vocant. Nomen odibilis, sæpe usurpat vetus sacrorum librorum interpres, & ex eo multi scriptores: ut Lucifer Caralitanus frequenter, Gregorius Turonensis, alii. sic decibilis apud Isidorum. & paullo ante Lampridius, pudibilia membra. apud Anastasium, placibilis.

⁵ Nam primus omnium privatorum torales aureis toralibus textit.] In apparatu lectorum ὑποβλήματα sunt, & ἐπιβλήματα, ac ἀεὶ βλήματα, de quibus omnibus exquisita diligentia alibi. Torale est τὸ ἀεὶ βλήματιον, recteque in Glossario vertitur ἀεὶ κλινοῦ. nam male accipiunt etiam doctissimi viri Horatii versum,

Tor' Tyriat dare circum illota toralia ves-tes?

Et stragula autem quibus tori sternebantur, & toralia quæ circumjiciebantur, pretiosissima in usu veteribus fuc-

rum toros aureis toralibus textit, quia tunc ex Antonini Marci auctoritate id fieri licebat, qui omnem apparatus imperatorum publice vendiderat. Deinde ¹ æstiva convivia coloribus exhibuit, ² ut hodie prasinum, vitreum, ³ alia die venetum, ⁴ & sic deinceps exhiberet, semper varie per dies omnes æstivos. ⁵ Primus deinde

fuerunt: at non aurea tamen, saltem privatis, ut apparet ex hoc loco. Erant vero & stromata & peristromata privatorum non aurea, sed auro clavata vel conchyliata, vel Babylonica, aut simili artificio ornata.

¹ *Æstiva convivia coloribus exhibuit.* Coloribus, *Ἰσχυροχρῆματα*, vel *Ἰσχυροχρῆματα*. id est, distincta coloribus. ita dictum, ut *sumis vendere dicta principis*, quod passim occurrit in his scriptoribus.

² *Ut hodie prasinum vitreum.* Malim, *prasinum aut vitreum*. nisi quis malit, *prasinum vitrum*. inde colligemus, hanc colorum varietatem in sola suspellestile vitrea fuisse servatam. Et scimus diversissimorum colorum vitrea vasa Alexandriæ ac Romæ fieri solita, quibus magnates sæpe utebantur. non tamen probo hanc lectionem: putoque in toto instrumento tricliniari colorum cujusque diei rationem habitam.

SALMASIUS.

² *Ut hodie prasinum vitreum, alia die venetum & sic deinceps exhiberet.* Hæc duæ voces, & sic, non comparent in antiqua editione. tollendæ igitur, nam sensum turbant, & sic distinguendum: Deinde æstiva convivia coloribus exhibuit, ut hodie prasinum, vitreum alia die, venetum deinceps exhiberet. venetum, vitreum, prasinum affines quidem colores, diversi tamen. de quibus nos alibi. nec admittendæ correctiones doctissimi viri emendantis: *prasinum vitrum*: aut, *prasinum aut vitreum*. vitreum non semper significat quod est ex vitro, sed etiam quod vitri colorem habet. Virgilius:

— vitreisque sedilibus ornati

Accipere. —

Servius ad illud:

— hyali saturo fucata colore.

vitreo, viridi, nymphis apio. trigonales pilæ vitrei coloris erant: hinc vitrez dicuntur in veteri inscriptione:

Vetus togatus vitrea qui primus pila Lusit decenter cum meis lusoribus.

CASAUBONUS.

³ *Alia die venetum.* Fallitur vir doctus, qui ideo hanc lectionem mutat, quia & vitreus & venetus sint ejusdem coloris diversa nomina. sunt quidem adfines, sed diversi tamen *ο βαυτῆς & ο υαλοειδῆς*, veium hæc non sunt istius loci.

⁴ *Et sic deinceps.* An ut per omnes colores iretur, aut eorum præcipuos? an quatuor solum Circi factionum coloribus fuit locus?

⁵ *Primus deinde mensas & cypas argenteas habuit: primus cacabos.* Nisi de privato Alagabalo hæc dicta intelligantur, sine dubio falsa sunt. quantum vereor ut vel sic constet dicto fides. nam cum lectos plane argenteos atque aureos apud veteres Græcos Latinosque, etiam in Pandectis inveniam, agre adducor ut inventum Alagabali credam esse, mensas ex argento conficere, aut cacabos. De mensis sane argenteis apud Romanos refellit Plinius libro *xxxi*. cap. *xi*. qui & vasa coquinaria jam inde à Calvo oratore fieri ex argento cepisse, ibidem observat: *cacabi autem inter ista*. Ulpianus lege *xxx*. De auro, argento, mundo, &c. tractans de legato argento escario: *Si cacabos*, inquit, *argenteos habebat, vel miliarium argenteum*, vel

deinde autepfas argenteas habuit: primus etiam caccabos. ²Vasa deinde centenaria argentea sculpta, & nonnulla schematibus libidinofissimis inquinata. ³Et mastica-

vel sartagine[m], vel aliud vas ad coquendum, dubitari poterit an escario contineatur. & hæc magis cocinatorii instrumenti sunt. Erat & pistorum vas: nam inde dicti panes caccabaci, qui saporem malum ex aqua in cacabo calefacta retinebant. Zeno Veropenfis in sexto sermone ad neophytos post baptismum: Non illos panes aurâ corruptis; non fumus amarus infecti; non frigus clisti: quod plus est, sine fermento levati sunt: certe caccabaci non sunt: non vetusti, non usi, non crudi, non uncti. in extremo illo sermone hæc dinam corruptissime editum est, pro aginam, & homine: pro omnes. locum ad scribam, qui mellitissimus est: sic igitur legendum: Denique & vos retinetis pondus antiquum: habetis aginam: exagium facite quemadmodum vultis: singulos ponderate: in viciis nullum habere minus. Tripodes sunt omnes, numismatis sacri una libra signati, qui mense deservunt. ἀδνησενκὼς significat se acceptam fidem de sacrosancta trinitate in omnibus suis sermonibus integram servasse. voce caccabacem, usus & Tertullianus.

SALMASIUS.

Primus deinde mensas & captas argenteas habuit, etiam caccabos. De mensis & captis an primus eas argenteas habuerit hic gurges, merito dubitari potest. & recte dubitavit ad hunc locum eruditissimus Casaubonus. immo ne dubitationi quidem locus, cum certum sit, non eum primum mensas argenteas habuisse, nisi forte de eodem privato accipiamus. sed manifesto de jam imperatore loquitur. de captis vero quid mirum? aut quid luxuriosissimo principi cum captis argenteis? quæ res magis fœminarum est, & non illo primum tempore ex argento fieri ceptæ, nec ab Alagabalo primum usurpata, ut infinita auctorum testimonia facile possent evincere si id ageretur. vitium

igitur vulgatæ lectionis & impudentiam correctorum in mutandis quæ non intelligunt, facile nobis prodidit optimi libri Palatini scriptura quæ disertis litteris expressum habet: primus deinde autepfas argenteas habuit, primus etiam caccabos. quam hæc diversa sunt ab editis? aut quid mali non merentur illi tortores librorum qui nihil intactum relinquunt? Autepfa, ut hinc apparet, est instrumentum coquinarium, ut & caccabus: quæ culinæ instrumenta primus argentea habuisse hæc traditur Helioabalus. Autepfa vero vox Græca est, αὐτέψα, quæ sartagine[m] aut aliud genus coquinarium vasis, & ad focum apti designat, ut & πῦθιψα, quæ sartago exponitur in veteri optimo Glossario: sartago, πῦθιψα. similis igitur atque eadem nominis compositio ἀπὸ τῆς ψαφῆς. ὁ αὐτέψα, autepfa: ut ὁ χάρτης, charta. & similia sexcenta.

GRUTERUS.

1 Mensas & captas argenteas. Lectione nihili, ut quidem prodit Palatinus; in quo ista superscripta ceu glossa, supra lineam, in contextu vero, loco superiorum verborum, visitur, deinde autepfas argenteas.

SALMASIUS.

2 Vasa deinde centenaria argentea sculpta. Scripta.

CASAUBONUS.

2 Vasa deinde centenaria argentea. Plinius: Quæ omnia expiavit bellum civile Sullanum: paullo enim ante hæc facta sunt: lanceque à centenis libris argenti, quas tunc super quingentas Roma fuisse constat. Sed legunt hæc veteres, V. dena centenaria.

3 Et mastichatum & puleiatum. Et mastichatum, & puleiatum, sive ut in regio & Putciani, pulveratum & rotatum.

masticatum, & puleiatum, & omnia hæc quæ hinc luxuria retinet, primus invenit. Nam rosatum ab aliis acceptum, pinearum etiam attritione odoratus reddidit. Denique hæc genera poculorum ante Heliogabalum non leguntur. Nec erat ei ulla vita nisi exquirere novas voluptates. Primus fecit de piscibus

tum, quod statim nominatur, genera fuisse poculorum auctor ipse manifestum indicat. nam ait: denique hæc genera poculorum ante Heliogabalum non leguntur. Pocula appellamus & vasa ipsa unde bibimus: & liquorem quem de calyce aut scypho bibimus. quomodo hic accipere eam vocem oporteat, jure potest quæri. proxima verba in quibus de escariis vasis egit, suadent interpretari de veris poculis: ut intelligamus nova genera potiorum vasorum ab Heliogabalo fuisse excogitata, quæ etiam odore oblectarent, aut ad Venerem fortasse stimulare. Sed hæc pocula vitreariine facerent, an fictilium operum artifices, conjiciendum auctor nobis reliquit. Verum placet magis, ut poculorum genera accipiamus de potionibus diversis de vino variè condito: sicut in Gera dixit Spartianus, eum fuisse cupidum vini variè conditi. Sequitur non longe: condito piscinas & solta temperavit, & rosato atque absinthiato. Meminit masticati & rosati, & absinthiati simul etiam Capitolinus in Gordianis. Fuit vim cupidior, inquit, semper tamen undecumque conditi, nunc rosa, nunc mastiche, nunc absinthio cæterisque rebus, quibus gula maxime delectatur. Veteres Latini Græca formatione dixissent, masticiten vinum, glechoniten, rhoditen, & absinthion.

GRUTERVS.

1 Et puleiatum.] Malim istud cum Palat. quam aliorum pulveratum.

CASAUBONUS.

2 Pinearum etiam attritione odoratus reddidit.] Ad alias species odoratas quæ in pila trita rosato condiendo

adhibebantur, adjecit & pineas. ut initio est *ωρεσίνης, τις.*

SALMASIUS.

3 Denique hæc genera poculorum ante Heliogabalum non leguntur.] Ait ad hunc locum vir erudit. jure posse quæri, quomodo hanc vocem pocula heic accipi oporteat. immo jure quæri non potest. nec enim dubitandum heic eam debere accipi non pro veris poculis vel vasis ex quibus bibitur, sed pro potionibus vel liquoribus quos ex scypho vel calice haurimus: *Masticon* n. & *puleiatum* & *rosatum* genera sunt vini sic condita ex mastiche, puleio & rosa, & Græce sua habent nomina, *μαστικίτης, ροδίτης & ρολυβίτης.* vox autem poculum pro potionem non est rara Latinis, sed apud auctores obvia & protrita. Solinus ex his pocula conficiunt, cum potionem intelligat. & id quod bibitur non ex quo bibitur. quod infinitis prope locis occurrit apud Marcellum Empiricum. pocula igitur heic sunt *ωρεσίνης, τις.* nam ita vocat Alexander Trallianus, ubi & *μαστικίτης* meminit. lib. xi. *τὸ ὡρεσίνης, inquit, ἔστι τὸ κρινδίον, καὶ τὸ ἀπίαλον καὶ τὸ ἀνισσάρον ἢ λιβυσίγαλον ἢ ἀψίνθαλον ἢ μαστίχαλον ἢ κίτρον.*

CASAUBONUS.

4 Primus fecit de piscibus siccis, primus de ostreis, & lelostreis.] Apitius rei culinariæ libro secundo: Istiorum varia sunt genera: marina sunt de scylla seu canamaris, & astacis: de lotigine, de sepiæ, de locusta, de pektine, de ostrea. Aut igitur falso hic Lampridius marinorum istiorum auctorem primum facit Lampridium.

istia, primus de ostreis, & leiofreis, & aliis hujusmodi

pridium: aut illorum librorum auctor falso existimatur Apitius esse unus è tribus ejusdem nominis gula proceribus, de quibus notamus ad Athenæum. Vetus sane Juvenalis interpres opus Apitianum, & re & titulo diversum fuisse docet, à libris istis: nam ad hæc poetæ è satyr. 14.

— multa videmus

Quæ miser & frugi non fecit Apitius, notat sic: Auctor præcipiendarum coenarum, qui scripsit de juscellis: fuit enim exemplum gula. Porro ita frequenter fiebant istia de piscibus, ut inde hactioli sint nonnulli & nominis illius etymum. Isidorus libro xx. Isocem piscem quendam vocant, ex quo primum istia facta sunt: & quamvis ex alio genere piscium fiant, initium tamen piscis hic & excubulum dedit. Est apud Hesychium ἰστίη piscis, & apud Plinium esox in Rheno. sed neuter appellationi istiorum originem potuit dedisse: & melius de hac voce Macrobius. Pro leiofreis regius & Puteani membranæ præferunt lithofreis. atqui omnia ostrea silicea testa includuntur. λειοφρέων propriam appellationem apud Græcos non inveni. sed esse ostrea quædam ac chamas λείας constat & lazves.

SALMASIUS.

4. Primus fecit de piscibus istia. Scribe: istia. Græci enim ἰστίη & ἰστικία. nam ἰστίη pro ἰστικία dixerunt: ut σελήστικη pro σελήσικια. unde σελήστικω λαγ Græcis recentioribus sunt ἀλλαντοπώλαι. inficere veteres dicebant pro inficere: & excicare, & proficere. hinc inficium ab inficando, ut proficium à proficando. extrita litera dictum postea est inficium. nihil enim aliud est quam insecta minutatim caro. ejusmodi inficis & mineralibus ex carne vulgo farciébantur avium ventriculi, ut anserum & gallinarum. esciata dicta recentioribus pro inficiatis. esciata sic describit vetus epigramma nondum editum: sic enim habet in

lemmate: Esciata:

Amisit proprias vacuato corpore carnes,
Accipitque novas, dedit ac tulit, & gratæ
ve lucrum

Perdendo acquirit, damnum bene crevit
in illa.

item aliud de anseris farto:

Eminet impletus pullorum carnibus anser,
Et varias mensæ torridus ambit opes.

Inguinibus nam portat olus, ventrisque
soluti

Truditur è medio esciata nitens.

Esciata vulvula, & circellorum inficiatorum mentio apud Apicium. Græci στίσιμα ejusmodi inficia vel inficiata appellant. epigramma Palladae eis τὸ στίσιμον sic capiendum est, & legendum:

Τὴν λαπαρὸν τὴν αὐτὸς δασυφί-
ξας δασοπέμπεϊς
Ἐδρεν ὁ πῦσις λύσας φῦσαν ὑπελί-
μιον.

item aliud ejusdem, eis ἡνὰ πέμα
φανα αὐτὰ στίσιμον:

Ἀσπὸν ἴ ανέμων ἔλαβεν ποτὶ δῶρον
Ὀδυσσεύς
Πόντον ἐπιπλάων χερῶμα γδ ἡνὰ
μέγα.

Ἀλλ' ἐμὸς Αἰολὸς ἔτ' ἔχων ἀνε-
μῶλιον ἴτρον,
Ὀρνέον ἐκπέμπεϊ ἴ ανέμων γεμί-
σις.

Πνύματά μοι πέρθεν ἔα φίλ' ἢ κῆ
πνύματά πέμπεϊς.

Ὁ δὲ δῶμα μὲν δὲ φαγεῖν θλιβομέ-
νως ἀέμευς.

τὸ στίσιμον est ventriculus avis fartus, & inficiata. ex carnibus autem minutatim insectis, ut jam dixi, fiebant inficia & inficiata. primus Heliogabalus de piscibus inficia fecisse, & de ostreis lithofreisque hæc dicitur. vide ad hunc locum eruditissimum Casaubonum.

1. Primus de ostreis & leiofreis. Ita vir doctissimus lectionem omnium editionum & scriptorum, lithofreis, corriget.

modi marinis conchis, & locustis, & cammaris, & scillis. Stravit & triclinia de rosa, & lectos & porticus, ac sic per ea deambulavit, idque omni florum genere, liliis, violis, hyacinthis & narcissis. Hic non nisi unguento nobili aut croco piscinis infectis natavit. Nec cubuit

correxit. sed ejusmodi correctiones non moror, quæ depravationes αὐτοχρημα cenleri debent. nam lithostreus rectum erat. ita enim proprie appellantur quæ apud Græcos σπρακθέρμων nomine veniunt: quæ si quis λιθόδεσμα diceret, haud inelegantem eorum appellationem induceret. nam & λιθόρρινα eadem vocabat Empedocles. Galenus ἀεὶ τροφῶν δυνάμεις: ἐπεὶ δὲ τὸ ἀεὶ ἔχειν ὅλον τὸ ἄνδρα κατὰ τὴν ἀφίεσμά τι συμφυῶν ἐκείνων καλεῖται δέσμα, κατ' ἀναλογίαν δὲ αὐτὸ τὸ σπρ κατ' τὴν κήρυκας ἐστὶ καὶ τὰς πορφύρας, ὅσπερ αὖτε καὶ χήμας, ὅσα δὲ ἄλλα τοιαῦτα. Δὲ τὸ σπρ καλεῖται σπρακθέρμα ταῦτα πᾶσι ζῴα. σαφὲς ἐν σπράκω παραπλήσιον ἢ λίθω τὸ ἔξωθεν αὐτοῖς ἀεὶ κείμενον σπέπασμα ἐστίν. hinc potest intelligi quare λιθόσπρεα dicta. λιθόρρινες κήρυκας dixit Empedocles his versibus apud Plutarchum:

Τὸ σπρ μὲν ἐν κήρυκασι (καταλασσομόρις βαρυνώτοις,
Ναὶ μὲν κήρυκων τε λιθόρρινων χελύων τε,
Ἐνθ' ὄψι χθόνα κερῶν ἔταίρωται
ναϊεταῖς αὖ.

Ausonius:

Quæ testis concreta suis seu saxa coherent.

item:

Aspera quæ testis, & dulcia farris opimi.

GRUTERUS.

2 De ostreis & leiostreis.] Palat. adgregat se mss. in quibus lithostreis.

SALMASIUS.

1 Ac sic per ea deambulavit.] Pal. ac sic ea deambulavit.

CASAUBONUS.

2 Hic non nisi unguento nobili aut croco

piscinis infectis natavit.] Imò vero interdum condito piscinas & solia temperabat, & rosato atque abinthiato, ut mox dicitur. sed ibi loquitur Lamprid. de vino in piscinas aut solia infuso: hic de aqua inficiendæ ratione, cum non adhiberetur vinum.

3 Nec cubuit in accubitis, nisi quæ solum leporinum haberent.] Accubita vocabant quæ lectis tricliniaribus superiorum temporum successerunt. Juvenalis vetus interpres, ad satyræ quartam: Apud veteres accubitorum usus non erat: sed in lectulis discumbentes manducabant. ita loquitur hic grammaticus, quasi penitus diversæ res essent, veterum lecti tricliniæ, & posteriorum accubita: quia ipsius ætate accubitorum forma longius recesserat à lectis convivialibus priorum, adeo ut Isidorus accubita dicta à cibo harioletur. sed initio accubita à lectis vetustiorum nihil admodum differabant. Lampridius paulo post: ciliis amicis solles pro accubitis sternebat, eosque restabat prandentibus illis. Hieronymus Ezechielis capite xlvi. accubita vertit, quæ Aquila, inquit, σιδάδας interpretatus est. locum autem sic explicat: hæc quatuor atria propinque habebant accubita, ut ubi cibi, ibi & mensarum præparatio. sunt igitur discubitorum lecti accubita; sed viliores & levioris operæ, quales erant militum in castris. Suidas, Σιδάδες Φορμίσσων ἐπὶ τῶν ὀστεῶν. φρατῆρὸς δὲ τῶν Φορμίσσων. σιδάδες δὲ ἐπὶ οἱ φρατῆρὸς χαμεδονέσι. λιτός δὲ τῶν πολυμήλει καὶ σιδάδες χαμαικόποι, AKOYBITON δὲ τῶν ῥαῖδων. Atqui etiam deliciores lectos ad discumbendum sic fuisse dictos nec Latinis tantum, sed etiam Græcis scriptoribus, constat liquido

SALMASIUS.

ex canone LXXIV. concilii in Trullo, & oblatione patrum ad illum canonem. Ait canon: *ὁ δὲ ἐν τοῖς κυναρίοις ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ταῖς λεγομέναις ἀνάγκαις ποιεῖν, ἢ ἐν δὲ ἐν ταῖς οἰκίαις, ἢ ἀκροῖται σπρονδύειν.* hæc ita exponuntur in Pandectis juris canonici Græcorum: *ἀκροῖται λέγειται ἀπὸ τῆς ἀκροῦσας καὶ ἀκροῦσας εἰς τὸ ἀκροῦσας, ἢ ἀκροῦσας ἀκροῦσας ἢ ἀκροῦσας τὸ ἀκροῦσας.* in epistola Valeriani Aug. ad Zozimianum procuratorem Syriæ, *accubita* Cypria; sunt quibus instruebantur & instruebantur accubita. & videntur etiam mantelia venire eo nomine: quod valde suadet mihi similis locus alius epistolæ ejusdem imperatoris atque argumenti, ubi mantelia Cypria nominantur. vide Probum in Aureliano. Quemadmodum autem olim cœnationes à numero lectorum distinguebant, erantque ceci alii *τετρακλινοί*, alii *πεντακλινοί*, *ἑξακλινοί*, & ita deinceps; sic postea fuere *πεντακλινοί*, *ἑξακλινοί*, & ita alia. Luithprandus libro sexto Historiarum: *Est domus juxta Hippodromum, Aquilonem versus, mira & altitudinis & pulchritudinis, quæ decem accubita vocatur: quod nomen non ab re, sed ex apparentibus causis sortita est: Decem enim Græce, Latine decem: cubita novem: cubita autem (malim, accubita autem) à cubando inclinata, vel curvata possumus dicere. sed & cœnationes ipsas dixerunt accubita. Anastasius De vitis Pontificum, in Gregorio III. *accubita quæ sunt ad B. Petrum in ruinis posita à fundamentis noviter restauravit atque depinxit.* sic iterum in Leone III. & Leone IV. Transit & ad alios quam ad Græcos, Latinum hoc verbum: nam in Rabbinorum scriptis, *שׁוּבְרֵי* sunt *accubita*. Atque hæc satis isto loco: nam in commentario nostro de lectis & stragula veterum veste, quem brevi edituri sumus, faciente Deo, affatim de istis omnibus: ibi etiam de pilo leporino, & plumarum ad lectos variis generibus.*

3 *Nec cubuit in accubitis nisi quæ pilum leporinum haberent.*] Accubita recentioribus dicta sunt, quæ veteribus *triclinia*. tribus enim lectis olim ad mensam accumbentibus, & hoc triclinium dicebatur. postquam triclinia ab usu recesserunt, & forma eorum mutata, & pro tricliniis accubita & stibadia dici cœpere, quorum figura semicircularis erat, atque inde *sigma* nomen invenit. & falsum est quod ad hanc vocem *sigma* vir eruditus annotavit, aliquando non undique ad mensam convivas accubuisse, sed ab altera tantum parte, & sic eos sedentes lunatæ figuræ vel hemicycli speciem exhibuisse, atque ab ea re *sigma* nomen factum. falsum, inquam, sic aliquando veteres ad mensam accubuisse ut totum orbem mensæ ab omni parte occuparent. nunquam enim aliter accubere, quam ut unum ex quatuor mensæ lateribus vacuum relinquerent. nam ab illa parte quam convivæ non occupabant inferbantur fercula in mensam. sane tres lecti quos mensæ circumponi moris olim fuit, non omnia quatuor latera mensæ ambiebant, sed tria tantum: uno ut dixi vacuo relicto ad inferenda mensæ obsonia. postquam triclinia desierunt, & in desuetudinem abiierunt, *sigma* quæ in tricliniorum locum venerunt, non secus ac triclinia, semper unum mensæ latus à convivis liberum præstitere. cum enim forma eorum semicircularis esset, & *σμεγερδης*, totam mensam non circumdabant, sed spatium in ea parte relinquebant qua circulus deficiebat, ad eam rem quam supra diximus, ad inferenda scilicet fercula, ne supra humeros & capita accubantium, aut inter latera cum magna incommoditate convivarum inferenda essent. & hæc differentia inter triclinium & *sigma* statui potest. triclinium tres lecti divisi & separati, qui mensæ adpositi quadratam figuram efficiebant. separatos liquet fuisse. nam qua mediis lecti pluteus infimo & summo jun-

G g g

gebat

cubuit in accubitis facile, nisi iis quæ pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum, subalares sæpe culcitrās mutans. Senatū nonnunquam ita contempfit

gebatur in anguli flexura intervallum erat relictum, nec ita presse sibi conjuncti cohærebant, ut se tangerent. Plutarchus de loco consulari qui medii lecti fuit ultimus: τὸν ἐξαιρέθων ἐχθρὸν τὸν τύπον ἐν ᾧ τὸ δούτερας κλίτης τῆ ἀρετῆς συναπλοῖσθαι ἢ γωνία ἀφ' αὐτοῦ ποιεῖται τῆ κερμῆ δίδωσι καὶ γεωμετρικῶς καὶ ὑπερέτη καὶ φύλακι σώματι καὶ ἀσφάλω τὸ δὲ πρὸ τραχυπέδου ἀποσελθεῖν, ἀφ' αὐτοῦ λέγουσι, &c. Sigma vero unus perpetuus lectus, semicirculus, quod & stibadium & accubitum dixerunt. triclinium omnibus mensis poterat convenire, & majoribus & minoribus. cum enim ex pluribus & diversis lectis constaret, facile singuli lecti ad mensam poterant accommodari. sigma vel stibadium non item. nec enim minus sigma majori mensæ, nec majus minori coaptari poterat. secundum igitur mensarum magnitudinem quarrenda erant parva aut magna stibadia, quæ à numero convivarum, quos capiebant, dicebantur vel octaclina, cum octo caperent: vel enneaclina cum novem: vel hexaclina cum sex, & ita de ceteris. Martialis:

*Et testudineum mensus quater hexaclinon
Ingemuit citro non satis esse suo.*
stibadium, & accubitum & sigma idem esse ex illis quæ diximus potest constare. sed testimoniis id etiam comprobemus. vetus interpret Juvenalis: apud veteres accubitorum usus non erat, sed in lectulis discumbentes manducabant. per accubita manifesto intelligit sigmata: per lectulos, triclinia. Servius Æneid. 1. antiqui stibadia non habebant: sed stratis tribus lectis epulabantur. unde & triclinium sterni dicitur. idem hic Grammaticus dicit quod ille, sed stibadia vocat, quæ alter accubita. Martialis in epigrammate cujus lemma, stibadium.

*Accipe lunata scriptum testudine signa.
Oculo caput: veniat quisquis amicus
vit.*

Sidonius Apollinaris nitentem stibadii circulum vocat, & sigma intelligit.

I *Aut plumas perdicum, subalares sæpe culcitas mutans.* Aliter hic locus distinctus in edit. Med. ad hunc nempe modum: nec cubuit in accubitis sicut, nisi iis quæ pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum subalares, sæpe culcitas mutans. quam distinctionem etiam probasse virum quemdam doctissimum postea offendi.

GRUTERUS.

I *Aut plumas perdicum subalares sæpe culcitas.* Sic interpungit Palat. quem admodum coniecerat amicissimus noster Lectius. culcitas subalares nuncquam fuere in rerum natura, neque esse possunt.

CASAUBONUS.

2 *Subalares sæpe culcitas mutans.* Scri. culcitas subalares culcitas sunt pulvini quibus undiq; fulciebantur delictiores cum accumberent. non observavi horum apud Græcos peculiarem appellationem: τσαυχίον enim nominant: ut Lucianus in Somnio, sive Gallo: ἐπεὶ δὴ καὶ κακλίνας καὶ τσαυχίον ἀρσενίδροι ἀνέθεσαν τὸ οὐροῦ πολιν, ὅσα ἀπὸ τσαυχίονος, καὶ Δία, πῖπι, οἰμαί, νιανίσκοι δὲ μετὰ τῆς, τσαυχίονα ἀπὸ τοῦ οὐροῦ αὐτῶν πῖπιθιν ὡς ἀρσενίδροι ἐν τῷ χήματι, καὶ ἐπὶ πολλῶ καὶ ἵπρῶν δυνάτω. Non prætermittam Jacobi Lectii conjecturam super hoc loco: nam ille hæc verba mutata distinctione ita censet concipiendæ: nisi in iis quæ pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum subalares, sæpe culcitas mutantur videntur sane in omni avium genere, plumæ sub alis esse delicatissimæ.

tempfit ut mancipia togata appellaret: populum vero Rom. unius fundi cultorem: equestrem ordinem in nullo loco habens. Præfectum urbicum sæpe post cœnam ad potandum vocabat, adhibitis & præfectis prætorio, ¹ ita ut si recusarent, ² magistri horum eos cogèrent. ³ Voluit & per singulas urbes lenones præfectos urbi facere, & ut essent in urbe XIII. & fecisset, si vixisset, promoturus omnes turpissimos & ultimæ professionis homines. ⁴ Hic solido argento factos habuit lectos, & tricliniæ & cubicularæ. Comedit sapius ad imitationem Apicii ⁵ calcanea camelorum, & cri-

¹ Ita ut si recusarent, magistri horum eos cogèrent.] Dele vocem horum. nam alia emendatione nulla est opus, ut recte iudicat Lipsius. referendum enim omnino ad conviviorum magistreria. mos notus jam & tironibus.

SALMASIUS.

¹ Ita ut si recusarent, magistri horum eos cogèrent.] De præfectis urbis & prætorio loquitur, quos ad potandum vocabat post cœnam Alagabalus, ita ut si recusarent bibere, eos cogeret per magistrum eorum. sed qui sunt eorum magistri? Lipsius & post eum Casaubonus de magistris conviviorum accipiunt, & vocem horum delectent. accedat eorum sententiæ qui volet, ego non possum. dixisset magister, non magistri: nec enim plures creabantur bibendi magistri. omnino scribendum: ita ut si recusarent magistri officiorum eos cogèrent. de magistris & principibus officiorum supra diximus. non mirum igitur illos adhibuisse Heliogabalum ad cogendum præfectos qui bibere nollent. ii enim semper circa principem, nec ab eius latere discedebant. scriptum autem videtur fuisse compendiose: magistri officiorum pro officiorum, ex quo horum vel eorum fecerunt. sic superius setus pro senatus, & conlatum pro consulatum, scriptum perperam libri habebant.

GRUTERUS.

² Magistri horum eos cogèrent.] Ita quoque Pal.

³ Voluit & per singulas urbes lenones præfectos urbi facere.] Locus bene habebit si mutata littera scribamus, per singulas Urbis: subintelligit enim regiones, more sæculi sui. sic supra cap. vi. dixit, nomen in publicas edere, subaudi, tabulas.

CASAUBONUS.

³ Voluit & per singulas urbes lenones præfectos Urbis facere.] Locus corruptissimus. Sed scribendum absque dubio: Voluit & per singulas Urbis regiones lenones Præfectos Urbis facere: ut essent in Urbe XIII. Quod dicitur voluisse Alagabalus, id Alexander Severus & voluit & fecit: instituit enim curatores Urbis XIV. quor & regiones erant. at non lenones, ut ille impurus, præfecit Alexander; verum consulares viros, ut in ejus vita narratur Lampridio. Vetus lapis non curatores vocat, sed ut hic præfectos. sic enim ille, PRÆF. VRB. REG. XIII. Ita fere emendat hunc locum amplissimus & humanitate, cum viveret, politissimus Petrus Faber, in Semestrium primo.

⁴ Hic solido argento factos habuit lectos.] Non primus, ut jam diximus, & fusc probavimus alibi.

⁵ Calcanea camelorum.] Camelis vesci non commune olim omnium populorum,

& cristas vivis gallinaceis demptas, linguas pavonum & lusciniarum: 'quod qui ederet, ab epilepsia tutus diceretur. 'Exhibuit & Palatinis ingentes dapes extis mullorum refertas, ' & cerebellis phœnicopterum & perdicum ovis, & cerebellis turdorum, & capitibus psittacorum & fasianorum & pavonum. 'Barbas sane mal-

lorum, sed paucorum proprium, ut Arabum & Saracenorum, & omnis barbarie eremi, inquit Hieronymus altero libro adversus Jovinianum. populi septentrionis abhorrebant. Alagabalum multa de Sarracenis & Arabibus traxisse instituta, propter locorum ubi natus & educatus viciniam, mirum non est. Calcanea camelorum cupediarii fuisse experta, non multo magis miror quam de cristis gallorum gallinaceorum: quas hodieque ab iis qui palatum eruditum habent, cupidissime constat experti. Camelorum calcanea sunt natura sua tenera. Herodian libro quarto: *αἱ κήμηλοι μάλιστα ἔχουσιν ἀπαλατῆ τῆ πέλματι.*

1 *Quod qui ederet.]* Scribe, quod qui ea ed. In regio longe aliter: quia dote tali pestilentia tutus diceretur. en licentiam imperitorum hominum.

GRVTERVS.

1 *Quia dote tali pestilentia tutus diceretur.]* Obscundatus sum codici Regio, in quo hæc scriptura. nam Palat. suffragatur vulgatæ; quod qui ederet, ab epilepsia tutus diceretur, nisi quod loco epilepsie exhibeat pestilentiam.

2 *Exhibuit & Palatinis ingentes dapes.]* Vox *dapes* non comparet in Palatino, nisi à calamo recenti. & vero usuratum nostro, ut modo dixi, subintelligere substantivas voces. itaque subaudit hæc vel *paropsides* vel *patinas*. si quid tamen expressit, tunc certe excidit *patinas*, ob similitudinem quæ ei cum verbo *Palatinis*. immo ne quid dissimulem illud *Palatinis* mutandum potius in *patinas*. & tamen infra ha-

bemus cap. 30. *duo fercula ingentium epularum*; ut appareat certi nihil conijcere posse hominem, nisi quatenus iuuetur auctoritate manuscriptorum codicum.

SALMASIUS.

2 *Exhibuit & Palatinis ingentes dapes extis mullorum refertas.]* Vox, *dapes*, debet esse codici Palatino. nec video qui possit ferri. nec enim Latinum est, *extis mullorum refertas*. quod de lancibus potius & gabaribus vel discis dici conveniat quam de dapis. nam id omnino disconvenit. aliquid igitur latere censeo sub illa voce *ingentes*, ut nomen disci alicujus vel lancis. aut certe deest nomen *valis* post *ingentes*, ut *ingentes discos* vel *lances* exhibuisse dicatur extis mullorum refertas & cerebellis phœnicopterorum.

CASAUBONUS.

3 *Et cerebellis phœnicopterorum.]* Similia de Vitellio Suetonius capite XIII.

4 *Barbas sane mullorum tantis exhibet.]* Tantas pro tot numero, vel tanta copia. quod sane mirum est, & ut jure addit auctor, præcipue stupendum. quam ingenti enim mullorum copia fuit opus, ut de illorum barbis disci, atque ii capacissimi implerentur? cum præsertim non omnes mulli binos illos cirros habeant, quos barbam vocat Lamprid. ut & Græci *ῥόστρον*. Sophron apud Athenæum libro septimo: *ῥόστρον αἰ τὸ ῥόστρον ἔχουσι ὀπίσθεν εἰς μᾶλλον ἢ ἄνω.*

mulorum tantas jubebat exhiberi, ¹ ut pro nasturtiis, apia-

¹ *Ut pro nasturtiis.* Nondum comperi quis hujus lectionis primus assector: quæ nisi libros habet auctores, magnæ temeritatis facinus admiserunt, qui illam primi in contextum receperunt. Regius sic habet: *ut* & *facelaribus.* ita sæpe librarius ille locis conclamatis defecti codicis indicium apponere maluit, quam voces ignotas & corruptas describere. in omnibus antiquis editionibus est, *ut pro nascentis apiastris & facelaribus.* emendabat Josephus Scaliger, *ut pro antecenis.* antecena, sive antecenia dicuntur, qui Martialis gustus: Græcis *απειμαλα*, ut dicebamus ad Athenæum. Ego non damnaverim quod hic editum, si accederet alicujus codicis auctoritas. nam & in libris medicorum jungi sæpius memini nasturtium cum feno Græco.

GRUTERUS.

¹ *Ut pro nasturtiis, apiastris & facelaribus.* Palatinus, *ut pro nascentis, apiastris & facelaribus.*

SALMASIUS.

¹ *Ut pro nasturtiis, apiastris & facelaribus & feno Græco exhiberet.* Qui primi auctores hujus lectionis extiterent, more suo discessere longius à vestigiis veteris scripturæ, quæ ita est in omnibus libris: *ut pro nascentis apiastris & facelaribus.* sic enim habet Palatinus & princeps editio. nimis autem alienum est & longe recedit, *pro nascentis, nasturtiis* velle reponere. nec tamen aliud succurrere mihi fateor quod in ejus locum substituam, nisi forte, *absentis.* *absentium* enim *pro absentium* & dicebant & scribebant. quod nuper legi in libro vetustissimo Apuleji manuscripto *de herbis.* ex Græco *αψανθ* & *absentium* offinxere: unde & *absentium* vix paulo post dictum observabimus. *Apiastra* vero *pro apiastra*, ut *arbitria* *pro arbitria* in Pandectis Florentinis, & *ventralis* *pro ventralis*, & similia, *ὄσα ψάμα*.

de facelaribus quid dicemus? an erit *pro fasciaribus*? *Fasclayes* autem sunt *fasciæ*, ut *lupinaria* lupini. sic & *legatarii* *pro legatis* & *ducarii* duces, & ejus formæ plura vocabula illis temporibus usurpari solita. sane non raro mihi in his libris *c pro s* positam animadversum est: ut *paucis explere* supra legebatur, *pro paucis explere*, & ejusmodi alia non pauca. sic nec dubium est quin *facelaribus* heic scriptum habeatur *pro fasciaribus.* *fasclares* autem vel *fasclaria*, sunt *fasciæ*. sic *malvacci* & *betacci* *pro betis* & *malvis.* Glossæ: *Beta, σεντλον, betaceus, σεντλον.* sic *puleiaceum* *pro puleio* proferebat Augustus. sic *cepitios* dicebant *pro cepis.* Priscianus: *frequentior tamen usus hoc cepe protulit.* *Caper* & *capitius* & *cepitium* veteres dixisse ostendit. Idem *betaceum* & *malvaceum* diminutiva facit à *beta* & *malva.* sed fallitur: nam istiusmodi omnia vocabula adjectiva sunt absolute enuntiata. nam *betaceum* & *malvaceum*, pedem intelligi licet, & *cepitium* nucleum. idem de *fasclaribus* dicendum. si *fasclayes* dicimus, intelligimus *siliquas*: si *fasclaria*, *grana.* vera igitur lectio hujus loci: *fasclaribus & fœnogræco.* sumebantur hæc *fasclaria* cum *garo* aut *aceto*, ut & *scœnum* Græcum. Galenus lib. 1. *περὶ τῶν δυνάμεων περὶ φασκίλων καὶ ὄχρων, καὶ τῶν τε ἀνιμωγῶν καὶ πικρῶν καὶ πικρῶν ὕδατι ἀποδιὰ ἑστέρας οἱ ἀνθρώποι μέχρι τῆς φύσεως ῥίζαν ἐδιδασκον περὶ τῆς ἀλλης τῶν φασκίλων ὑποαγωγῆς ἐνεκα γαστρὸς, ἐναποδοκίμωντες γάρω. & paulo post: καὶ ἵνα νεώσιον οἶδα καὶ πικρῶν Ἀλεξάνδρειων ἰατρικῶν τέχνων ἐξασκῶντες καὶ ἐκαστῶν ἡμέρων ὄψα χρῶνδρον ἔτων τετρατῶρων μόνος τῆς τῆς λίαν καὶ φασκίλοις καὶ ὄχροις καὶ γέμεσις.* ut *fasclaria*, sic *lupinaria*, quam vocem recentiores Græci usurpaverunt. Suidas: *λεπινάρια εἶδος ὄσπριος ἀ γέμεσις καὶ ἄσπι.* *Molchopolus*: *γέμεσις τῶν λεπινάρων.*



¹apiastris, & facelaribus, ²& fœnogræco ³exhiberet
plenis

πιναρία. at viri docti *facellaria* heic
legebant, & *acetaria* interpretaban-
tur, à *facella*,cujus mentio apud incer-
tum poëtam his versibus qui habentur
in catalectis veterum poëtarum;

*Augustum penitus torret Phœbionius ar-
dor,*

Quem recreat fessum gillo, facella, melo.
sed profecto nimis incerta vagaque ac
levi auctoritate nixa est illa sententia.
nam quis illis affirmavit scripturam
illius distichi satis emendatam esse?
deinde etsi maxime ita sit, quo sciunt
auctore id eam significare quod volunt?
unde enim *facela* vel *facella* pro
acetario? demus esse *facellam* acetarium.
an propterea verum erit *facellaria* heic
pro vasis debere accipi in quibus reponuntur
acetaria? sane *facellarium*, heic pro vase
non potest sumi, cum inter nasturtia, *apia-
stra*, & fœnum Græcum ponat *facellaria*.
igitur hæc nullo modo possunt consistere,
nec speciem veri habent. habui vetustissimum
Latinorum epigrammatum codicem mihi à doctis-
simo Johanne Lacurnæo commodatum, in quo
& multa extant nondum edita epigrammata,
& quæ jam edita sunt longe in eo habentur
emendatiora. in illo exemplari versus hic
ita plane scriptus erat:

Quem recreat fessum, gillo, fabilla, melo.
quærant porro eruditiores quid sit illo
loco *fabilla*, nam de scripturæ veritate
nullus dubito. quæramus id quoque.
fabilla diminutivum est à faba. faba,
fabula, & fabilla. parvam fabam &
fabillam videntur vocasse, quæ Græca
faba dicebatur. arbor est quam Græci
Loton appellant, cujus fructum suavissimum
esse refert Plinius. hujus baccis fortasse
utebantur ad sedandam sitim in maximis
ardoribus, ut & cerasis. nam fructum illum
cerasorum pane naturam habere tradit idem
Plinius. sed longe magis propter umbram
& opacitatem ramorum in æstivis caloribus
expetebatur.

Plinius de ea sic scribit lib. xvi. capite
xxx. *præcipueque domibus expetitur
ramorum petulantia brevi codice latissima
expatiantium umbra, & in vicinis domus
transsiliantium. Nulli opacitas brevior, nec
aufert solem hyeme deciditibus fructu,
nulli rami longiores validioresque, aut pi-
res, ut dixisse totidem arbores licet, non
mirum igitur si per ferventissimos
Augusti mensis æstus ejus arboris
umbram gratam esse fessis, eoque
recreare dixit ille poëta. qui hæc non
probabunt, meliora quærant. nobis
satis sit veram hujus loci lectionem
ostendisse & Spartiano asseruisse.*

C A S A U B O N U S.

I. *Apiastris & facelaribus & fœnogræ-
co.*] Fœnogræcum & quæcumque
hic nominantur. primis mensis ap-
ponebantur inter ea quæ irritanda
famæ assumuntur. Galenus de facultatibus
alimentorum libro secundo: *ἔ μὲν ἔσθ' ἀγροεῖσι μὲν δοκῶσι τὰ
πικρὰ ἢ οἰ ἀνθρώποισι τὴν αἰσθησὶν ἔδωκεν
αὐτοῖς. ἡρώματα γὰρ αὐτοῖς ἐστὶ
τὰ πλείεσται ἔδεσσι μάλιστα φυλάττειν
αὐτῶν. ἀσθλα μὲν αἰσθησὶν ἰσχυροῦσι γὰρ
Φανίδας ἐλαίας τε καὶ πηλοῦ ὄν γὰρ
ἢ μὲν τῶν τε μαλαγῶν πηλοῦ τε
ἢ ἀλλὰ τοιαῦτα λάχονα μὲν ἐλαίας
ἢ γὰρ. diferte in istis nominatur
πῆλις sive fœnum græcum: & habes
apud Apitium quomodo pararetur.
videamus de ceteris: & *apiastrum*
quidem notissimum. *μελαστροφύλλον*
enim est Græcorum, sive *μελίτων*,
ut ab aliis nominari scribit Dioscori-
des. *facellaria* vero suspicamus esse ci-
borum *ἀναστρωμῶν* genus & acetario-
rum è *facela*, garo atque oleo. *facella*
sive *facella* meminit incertus pot-
ta versus, quibus menses depin-
guntur. nam ait ille,*

*Augustum penitus torret Phœbionius
ardor:*

*Quem recreat fessum, gillo, facella,
melo.*

extant

plenis fabatariis & discis : quod præcipue stupendum est. Canes jecinatoribus anserum pavit. Habuit & leones & leopardos exarmatos in deliciis : quos edoctos per mansuetarios subito ad secundam & tertiam mentem jubebat accumbere, ignorantibus cunctis quod exarmati essent, ad pavorem & ridiculum excitandum. Misit & uvas Apamenas in præsepia equis suis: & psittacis atque fasianis leones pavit & alia animalia: exhibuit & sumina aprugna per dies decem tricena

extant hi versus inter Catalecta Virgiliana quæ olim collegit, primusque edidit, illustrissimus Scaliger.

SALMASIUS.

2 Et sœnogræcum.] Fœnogræcum, & sœnogræcum dicebant unica voce. & sic sæpe apud Vegetium de re veterinaria, & Marcellum empiricum. Glossæ: sœnogræcum, πῆλις.

3 Exhiberet plenis fabatariis & discis.] Fabatar aut fabatarium, vas in quo fabata reponuntur. fabatum est granum fabæ. fabatarium etiam τῆ ἐρεσιμῶν significat, hoc est fabam frensam aut fractam. Græci ὑπερεκτετακτα dicunt, & συσπικτα. Helychius: ὑπερεκτετακτα, τῶ ἐρεσιμῶν ὁσπερ ἐκτετακτα οἶον κνῆμας, ἐρεσιμῶν, ὑπερεκτετακτα apud eundem. Glossæ: faba frensa, ἐρεσιμῶν. συσπικτα etiam dicebantur, Latinis fabataria. Glossæ: fabataria, συσπικτα. fabataria igitur à fabatis; id est fabæ granis. sic enim vocabantur. Glossæ: fabatum, φάβα & ἡκκία. sic emendavimus in illo Glossarii loco. Græci enim recentiores τὴ φάβα, & φάβατ & dixere, & declinaverunt. φάβατ & ἡκκία est fabæ granum. perperam etiam fabatrum, vulgo legitur in Glossis. τὸ φάβα igitur est faba. in Cynosophio: φάβατ & λδκκία. & apud Demetrium φάβατ & ἡκκία. Etymologicum magnum: ἐτι & ἐδεπίρας, ὁ νῦν φάβα ἢ ἰδιῶται ἢ ἀρεσιμῶν ὀνομαζομένη. Cyrillus in Lexico: ἐτι & φάβατ &, ὁσπερ ἐκτετακτα.

perperam legunt φάβατ, sic φάβατ & ἡκκία in Glossis est fabæ granum. hinc κκία recentiores Græci, pro fabis dixerunt. κκία pro ἡκκία. sed de his alibi.

CASAUBONUS.

1 Plenis fabatariis.] Ex ipso nomine, & mente auctoris apparet amplissima vasa fuisse, quæ fabataria dicerentur. quod in iis fabatia, de qua Apitius, vel puls fabata soleret apponi. & ita olim acutissimus Turnebus exposuit.

4 Misit & uvas Apamenas in præsepia equis suis.] Capitolinus de Vero Augusto eadem. Uvæ Apamenæ, quæ hodie Damascenæ.

GRUTERUS.

3 Ad pavorem & ridiculum.] Probarim ad pavorem ridiculum, ut est in Pal. exclusa copula &.

SALMASIUS.

2 Quod exarmati essent ad pavorem & ridiculum excitandum.] Scribendum: ad pavorem ridiculum excitandum. ridiculus enim pavor quem exarmata feræ & nihil nocere valentes incutiebant.

5 Et sumina aprugna per dies decem tricena quotidie cum suis bulbis.] Bulbæ sunt vulvæ, ut jam pridem doctis notatum. sed in versibus Nævii apud Macrobius idem incubuit mendum. bulbam enim pro vulvam in iis legitur:

Ggg 4 heri

quotidie ¹ cum suis bulbis : ² pisum cum aureis, ³ lentem

— *heri*

Quis apud te? Prænestini & Lanuvini hospites.

Snopte utrosque decuit acceptos cibo.

Alteris inanem bulbam madidantem dari:

Alteris mices in proclivi profundero.

quis enim neget ibi *bulbam*, esse vulvam; sed in Græco epigrammate olim pueri admodum, genus idem mendæ tollebamus, quod hætenus laruit omnes etiam eruditissimos interpretes, qui patienter *βόλβον* pro *βόλβαν*, & legerunt & interpretati sunt. sed melius est ipsum epigramma apponere. est autem Palladæ ne quis miretur Græcum scriptorem in versu Latinam vocem supposuisse:

Τὴ πωγωνοτρόφῃ Κωικῆ, ἔβακτροστροπῆ

Εἶδδμεν ἐν δειπνῇ τὴν μεζάλλω σοφίλω.

Θέρμαν μὲ γὰρ πρῶτον ἀπειχετο, καὶ ραφανίδαν,

Μη δὲν δελεῖσθαι γαστρὶ λίγων δρετίω.

Εὐτε δὲ ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδεν χρονώδεα βόλβαν

Σερφυλίω, καὶ πινυθὲν ἤδη ἔκλεπε νόον.

Ἡ τὴν ὠρῆν προσοδεκίαν καὶ ἔτραχον ἀληθῆς,

Καὶ δὲν ἔφη βόλβας τὴν δρετίω ἀδικεῖν.

Vide, lector, & ride simul patientiam eruditorum interpretum, qui hætenus tam bono stomacho fuere ut concoquerent illum *βόλβον*, cum adjecto generis sequioris. tanti non erat bolbus ut omissis lupinis & rapulis repente ad illius occursum assurgeret Cynicus ille *φρονημάχιας*, & repente gulam suam proderet. at vulva sane tanti quam in delicatissimis cibis posnere veteres gulones.

CASAUBONUS.

1 *Cum suis bulbis.*] *b* pro *v*, ut saepe.

nam scribendum *υλβίς*, facile doctis viris assentior.

2 *Pisum cum aureis.*] Nempe granis, ut hodieque vocamus. *Auria* sine adjetione pro globulis vel sphaerulis aureis, ita dictum, ut mox *alba* pro gemmis albis. hæc vero aurea pisus assimilabantur & æquabantur; quo facilius possent fallere. in quo est operæ pretium spectare insanissimi juveniculi insaniam.

3 *Lentem cum cerauniis.*] Multa quidem Plinius de cerauniis: sed ex quibus non potest colligi cur propter figuræ similitudinem lenti hic copuletur.

SALMASIUS.

2 *Pisum cum aureis, lentem cum cerauniis, fabam cum electris.*] Sibi persuaserat vir eruditissimus perditum & profusum prodigi principis ingenium hoc factio assimulationem quandam excogitasse pretiosarum rerum, quas miscebat cum edulibus: ut sic quodammodo responderent pisa aureis, lentes cerauniis, & similia. secundum quam persuasionem, *aureæ* heic substantive pro aureis granis accipiebatur. in quo sane falsus est. non enim aurea heic grana intelligi debent mixta pisus fuisse ab hoc nepote: sed aureos, vel solidos, ut posterior atas appellavit, hoc est *χρυσός*. at quam similitudinem habent aurei cum pisus? nullam sane. nec id voluit ille gurges. Nam eadem ratione quarum quid simile habeant lentes cum cerauniis, aut fabæ cum electris. nemo enim, credo, dicit artem etiam fuisse adhibitam; & sectionibus effectum ut electra fabarum formam sumerent. de albis quod sequitur idem dici potest. quarum quæ similitudo est ad oryzam? *alba* enim hoc loco sunt margaritæ. quibus hoc fortasse cum oryza convenire queat, quod utraque alba sunt. Aurei igitur hoc loco sunt *χρυσόμοι*, id est aurei, non grana aurea. non enim id eo confusum factum

tem cum cerauniis, fabam cum electris, & orizam cum albis exhibens. Albas præterea in vicem piperis pisci-

factum ab infano juvene, ut similitudinem istæ species aliquam invicem haberent, quam mixtura probabilem redderet: sed in ea nihil quæsitivum aliud quam profundius perendique insanam libidinem.

CASaubonus.

1. *Fabam cum electris.*] Ita libri, nec causa mutandi est. videtur Alagabalus artem adhibuisse, ut ad similitudinem fabarum secarentur electra.

2. *Oryzam cum albis.*] Jam diximus albas nominari gemmas albas: Tertullianus nominat, *rulentis maris grana cadentia*, in libro De resurrectione carnis: Hieronymus in Marcellæ epitaphio, *rubri maris pretiosissima grana*. Ita aliquoties ponitur hoc nomen in istis libris et aliis. Anastasius in vitis pontificum in Gregorio IV. *albas modicas habens circum capitis coronam, diverse filo parvis, vel filopares*. nam ita scribitur in Leone IV. & multæ in eodem scriptore sunt similes compositiones. idem auctor sæpe mentionem facit conjunctim gemmarum prasinorum, hyacinthorum, albarum.

SALMASIUS.

3. *Albas præterea in vicem piperis piscibus & tuberibus conspersit.*] Albas hoc loco sunt margaritæ. nec de aliis gemmis accipiendum. Suidas: *ἀλβὰ οὐ μάρμαρα*. Anastasius in Leone IV. *vestem auro textam habentem historiam qualiter beatus Petrus prædicavit ad sanctam Romanam Ecclesiam, cum gemmis albis id est margaritis septem, & cum gemmis prasinis undecim, nec non & gemmis hyacinthinis viginti & septem*. ut gemmæ albe sunt margaritæ, sic prasina smaragdi. ibidem: *crucem ex auro purissimo ex diversis gemmis hyacinthinis, albis, & smaragdis miræ magnitudinis ornatum*. item in Leone quarto: *sed isdem præfatus & magnificus præsul sic cit ex*

auro purissimo & miræ magnitudinis margaritis, & gemmis hyacinthinis & prasinis ornavit. sic enim ubique tria hæc genera gemmarum jungit: albas, prasinas, & hyacinthinas. hoc est margaritas, smaragdos & hyacinthos. idem in Gregorio quarto: *Hyacinthos majores numero tredecim, prasinas decem, albas majores numero viginti & novem, Alabandinas majores numero viginti, albas modicas habens circum capitis coronam diverse filopares*. idem in Sergio: *hic fecit patenam auream majorem habentem grammas ex albis, & in medio ex hyacintho & smaragdo crucem*. in Nicolao primo: *patenam ex auro purissimo cum diversis lapidibus pretiosis albis, prasinis & hyacinthinis*. idem in Sergio II. *vestem de Chrysoclavo habentem historiam resurrectionis Domini nostri Jesu Christi cum gemmis prasinis hyacinthinis, & albis*. deficeret me dies volentem omnia loca ejus auctoris describere in quibus albarum fit mentio. Venantius:

Crystallum, electrum, aurum, ostrum, concha alba, smaragdus.

ubi lepidus est ejus editionis quæ nuper prodit, concinnator. quarit enim quomodo aut ubi reperiantur alba smaragdi. Album igitur epitheton facit & smaragdus. facete. sic idem auctor alibi:

Ordinibus variis alba smaragdus inest.

ubi etiam albas smaragdos imaginatur. at distinguendum nemo est qui non videat: alba smaragdus. alba enim margaritum est. idem alibi:

Quando pavimenti alba topazus adest.

noli existimare topazum albam esse, sed distingue ut supra:

Quando pavimenti alba topazus adest.

sic ille poëta loqui solet & sic asyndetos efferre, ut variis locis apud illum licet videre. sed unicus heic sufficiet:

Aurora vesper, Persa, Britannus adest.

piscibus & tuberibus consperfit. ¹ Oppressit in tricliniis versatilibus parasitos suos violis & floribus, sic ut animam aliqui efflavererint, ² quum crepere ad summum non possent, ³ condito piscinas & folia temperavit,

CASAUBONUS.

¹ Oppressit in tricliniis versatilibus.] Seneca epistola xc. qui versatilia cœnationum laquearia ita coagmentat, ut subinde alia facies atque alia succedat, & toties tella quoties fercula mutantur. Junge his Suetonium in Nerone, capite xxxi. & si lubet, quæ scribimus ad Athenæum libro quarto, capite secundo.

² Cum eripi ad summum non possent.] Regius, eripere. quare scribendum crepere. tamen & vulgatam interpretari est commode.

³ Condito piscinas & folia temperavit.] Quoties aquam piscinæ aut balnei non juberet infici unguentis aut croco, ut ante dictum, temperari præcipiebat vino varie condito: ut sunt rosatum, absinthiatum, quæ subjiciuntur, & quod proprie conditum dixerunt. ea vox, ut de multis sæpe notavimus, latius modo patet, ceu genus; modo angustius, tanquam peculiaris species, vini conditi, quæ id ipsum dicebatur, conditum. Est autem conditum idem. aut pene idem, ac mulsum. Cælius Aurelianus Tardarum passionum libro quinto, capite primo: Diocles probat conditum bibendum, quod plerique Latini mulsum vocant. differunt tamen, si rem spectes, diligentius tria hæc, conditum, melitites vinum, & œnomeli, sive mulsum. Sed veteres Latini appellationem conditi cum re ignorarunt: ac videntur medici qui Romæ faciebant medicinam id nomen excogitasse: nam in medicorum Græcorum libris frequens *κνυδίζης* mentio: estque in eorum libris multiplex conditi compositio ad diversas morborum species, ut libro tertio Aëtii, & in scæ. xxvii. Nicolai Myrepsi, & apud Avicennam, qui sumit à Græcis, ut fere

omnia. sed in Arabica ejus editione ita scriptum hoc nomen quasi legitur apud Græcos, *κνυδίζης* pro *κνυδίζης*. duplici errore. quorum prior ipsius est Avicennæ, qui solens talia passim peccata admittit. alter error non est auctoris, sed librarii, qui

pro *κ* perperam scripsit: pro lapsu, & quem sæpe deprehendere libris Arabicis, Romæ nuper magno Reip. literariæ bono, edidit. hæc apud medicos. vulgo autem Latini & Græcis conditæ potionis appellatio est conditum. notum est epigramma Palladæ verficatorum insulsissimi, cujus initium *Κονδίζης* *δὲ*. Etiam apud Hebræos qui *כרי תורה* *אגואופ* scripserunt inter Græcos & Romanos, *κνυδίζης* conditum, delicatissimæ potionis species est. curat enim Narhan Justus ex antiquo magistro vel paraphraste, *כרי תורה נמשלו כקונדישון* *verba Legis similia sunt condito.* quæ sic ipse interpretatur, *כרי תורה נמשלו כקונדישון* *quid est conditum? quod fit ex melle, vino, & pipere.* recte: nam & in octavo *Γεωπονικῶν* conficitur simillime ex pipere, melle Attico, & veteri vino atque albo.

SALMASIUS.

² Quum eripi ad summum non possent.] Palatinus, eripere: quemadmodum & Regius quem vidit Casaubonus. eripere scribebant, pro crepere. quod omnino verum hæc est. & ita sæpe apud Hincmarum Rhemensis scribitur, & alios.

GRUTERUS.

² Cum eripi ad summum.] Pal. eripere, quod esset fere crepere, veluti placebat Casaubono nostro.

vit,¹ & rosato, atque absinthio² vulgus ad bibendum invitavit: & ipse cum populo tantum bibit, ut in piscina eum bibisse intelligeretur, ³ viso quod unus bibisset. ⁴ Eunuchos pro apophoretis dedit: dedit quadrigas,

CASAUBONUS.

¹ Et rosato atque absinthiato.] Pone πλῆθος σίσιλον post hæc verba: pertinent enim ad præcedentia in regio est absinthio; sed alterum est verum: in libris medicorum Græcorum, ut in tertio Aëtii, ἀψιθάτον scribitur: quasi Latine diceretur absinthiatum. sic ῥόσων & ῥοδίτων & ἀψιθίτων potuissent dicere cum aliis Græcis.

² Vulgus ad bibendum invitavit.] Erat moris ut cum exissent è folio, biberent aliquantulum reficiendis viribus. sed hoc fere divites & qui delicatius se curabant, at hic cum ad balneas suas populum promiscue admitteret, eundem quoque ad bibendum invitabat.

³ Viso quod unus bibisset.] Regius separat hæc à præcedentibus puncto perfecto. ego pedem meum ex hoc loco vix possum extricare. nam deesse aliquid videtur.

SALMASIUS.

¹ Et rosato atque absinthiato.] Optimus liber: absinthiato. absinthiatum pro absinthiato tum scripsisse Latinos argumento sunt Græci recentiores, qui Latinam hanc vocem usurpantes nunquam aliter fere scribunt quam ἀψιθάτον. Latini igitur, ut hinc apparet, absinthiatum vel absinthiatum proferebant, non absinthiatum. sed & absinthium iidem dixerunt pro absinthio. paulo supra ex nostra correctione: ut pro absinthio, & apialtris, & fasetariibus. Apuleius in libro de remediis salutaribus, quem in vetustissimis membranis scriptum habui, sic omnibus locis exaratum præferbat: in remedio est absinthii succus decocti & inspersus vel sidi. & paulo post: differentia in his sicut in pomis acres sunt in origani,

nasturcii, sinapis: amari vero, absinthii, centaureæ. & ita alibi passim. absinthium autem vel absinthium Latini protulerunt, non ab eo quod Græcis ἀψιθάτον, sed ex eo quod idem ἀψιθον quoque dicerent. hinc absinthium & absinthiatum. Græci quoque recentiores ἀψιθάτον. & ita sæpe Alexander Trallianus lib. VIII. οὖν τοῦτον θερμότερον τῆς ἐπιπέδου, καὶ οὐρόντι & ἀψιθάτον καὶ ἀνοσίτον πινόμενον.

³ Viso quod unus bibisset.] Mens huius loci, quam doctissimi viri non videre, nisi fallor, hæc est: absinthiato & rosato, & condito & ejuscemodi vinorum generibus piscinas temperavit aliquando Alagabalus, & ex iis etiam bibit, in piscina, non tantum lavavit, & populum qui una lavabat, ad bibendum invitavit. ex illo, inquam, vino quo piscina temperata erat, tantum bibit Alagabalus, ut viso quod unus bibisset, intelligeretur tamen eum in piscina bibisse, ex decremento scilicet piscinæ vel solii balnearis, quod cum vino plenum esset, postquam unus Heliogabalus bibisset, omnesque eum solum bibisse animadvertissent, sensum ejus non adimebat piscinæ capacitas, sed ita decreverat in ea vinum, ut facile intelligeretur, non tam plena esse, quam erat, priusquam bibisset. multum sane oportet eum vini hausisse, qui cum in piscina biberet, & ex piscina ita eam deplere poterat & diminuere bibendo, ut speciem aliquatenus exhaustæ præberet. hic est sensus intricatissimi loci, ex quo pedem extricare non potuisse confessus est vir impense doctus.

CASAUBONUS.

⁴ Eunuchos pro apophoretis dedit.] Place-

gas, equos fratros, mulos, ' basternas & rhedas: dedit

& au-

Placebat eruditus viris, mutata distin-
ctione, ita hunc locum scribi: *Viso*
quod unus bibisset, elenchos pro apophore-
tis dedit. non assentior: & profecto
rectum est, cunnchos: sicut de Veri
imperatoris convivii scribit Capito-
linus: donatos puros decoros qui mini-
strabant singulis: donatos etiam struiores
& lances singulis quibusque. similia apud
Athenarum, quarti initio, & alibi.

SALMASIUS.

4 *Eunuchos pro apophoretis dedit.* Qui
hanc lectionem falsam & corruptam
suspiciari possit, nemo est. sed mira-
bitur fortasse non nemo scripturam
membranarum & antiquæ editionis
cum istac non conspirantem: nam
scriptum in illis est: *aphroditis*, non
autem propter istam insinceram, ut
videtur, & male sanam, litem move-
re vulgata, quam omnes habent pro
fana: sed cum de piscinis & bal-
neis proxime sit loquutus, immo et-
iam nunc loquatur, veniebat ali-
quando in mentem heic legi posse:
Eunuchos pro aphronitris dedit. nitri &
aphronitri in balneis usus apud anti-
quos, quo se detergebant & defrica-
bant lavantes. Cyprianus, ut alios o-
mittam, epist. lxxvi. neque enim sic in
sacramento delictorum contagia, ut in la-
vacro carnali, & seculari sordes cutis &
corporis abluuntur, ut aphronitris, & ceteris
quoque lumentis, & solio & piscina opus sit
quibus abluere & emundari corpusculum pos-
sit. ita enim legendum in illo Cy-
priani loco. vulgo habetur: & cete-
ris quoque adjumentis. lumenta sunt lo-
menta, de quibus nos alibi. pro a-
phronitris igitur Alagabalus iis qui
secum unalavarent, eunuchos dabat,
& quadrigas & equos, & aureos mil-
lenos. dicit aliquis, quæ aphronitro-
rum? certe nulla. sed cum nullam
hoc propudium, perdendi profun-
dendique occasionem prætermitter-
ret, populo qui secum lavabat, aphro-
nitrorum nomine, hæc talia dabat,
quæ heic commemorantur. plerum-

que boni imperatores, balneum quo
usæ essent, populo gratis exhibebant,
ut omnia scilicet quæ ad lavandum
opus sunt, sine mercede acciperet.
Capitolinus de Antonino Pio: Bal-
neum quo usus esset sine mercede populo ex-
hibuit. at hic nepos & gurges, popu-
lo ad lavandum secum admisso, non
aphronitris, nec quæ balnearum pos-
cit usus danda curabat, sed pro a-
phronitris illa quæ heic memoran-
tur. sic in convivii pro pipere mar-
garitas exhibebat, aureos nummos
pro pisces, ceraunia pro lentibus, &
electra pro fabis. Hæc dicta sunt pro
tuenda lectione membranarum,
quam tamen veram non affirmo,
cum & vulgata non paucas rationes
habeat, quibus merito veterem il-
lam à se expulsum gloriari queat, &
inter illas hanc præcipuam quod se-
quitur proxime de sortibus convira-
libus. videtur igitur *apophoretis* prius
scriptum fuisse pro *apophoretis*: ut *dia-*
trita pro *diatretis*: *apologiticum* pro *apo-*
logeticum: *Dioclitianus* pro *Diocletianus*:
atque inde manasse illud scripturæ
monstrum *aphroditis* pro *apophoretis*.

1 *Basternas & rhedas.* Basterna ve-
hiculum muliebre, forma nihil dis-
tans à lectica, quod antiquæ lecticæ
succellit, quæ matronarum erat pro-
pria. Verum hæc basterna, non ut le-
ctica ab hominibus portabantur, sed
à burdonibus, vel mannis vel mula-
bus, ut hodie in nostris lecticis vide-
mus, quas basternas esse nemo infi-
cias iverit, qui formam & usum ip-
sum & nomen etiam considerabit.
nam basternæ sunt lecticæ ex vete-
rum Grammaticorum interpretatione.
Glossæ legales: *Asulexior, Ba-*
sterna, ἄστυρα, ἄστυρα. Basternæ porro
etymon unde deducendum? Græ-
cum ne id verbum an Latinum, an
barbarum? nemo hæcenus quaerit,
nemo dixit. Basterna ad verbum est
Φορτίον, sic enim Græci, tam lecti-
cas, quam sellas vocant. Latini *gesta-*
tura.

rina plerumque dicunt eo sensu: ut
gestamen sella, gestatoria sella. sic *baster-*
na est gestatorium vel φορέιον. vetus
 verbum Græcum est, βάω βαῖ. unde
 βάζω, vado, & βάσις, βάσις ἔδι:
 sed & βαίω ab eodem, ut φορῶ, φο-
 ρῆμα. à βάω, βάσω, βάσις, quod
 non solum incessum, sed etiam fun-
 damentum alicujus rei, pedamen-
 tumque & statumen significat. hinc
 βασις & βασις: ut καυσις, καυσις,
 & similia sexcenta. hinc βασις pro
 baculo vel eundi adminiculo cui se-
 nes innituntur. sed & βατήρ à βα-
 τῆς, etiam pro baculo, regula, vel re-
 pagulo. ita enim βατήρ, apud Ni-
 candrum exponitur à veteri Scholia-
 sta. βατήρ ἢ βακτηρία, nam βακ-
 τηρία quoque à βάζω quod est va-
 do, deductum est. idem Nicander
 in hemiambris: φύρμα ἐν ποσει-
 πῳ, μή σ' ἐμπεσὼν ὁ πρῆσιβος βατη-
 ρῆν κηλάσῃ. βατήρ igitur & βατη-
 ρία & βακτηρία & βασις vel βασις
 synonyma sunt, à βασις, βασιζέω,
 quod est gesto vel porto. & ἀναβά-
 σῃ, pertica qua onera portantur, &
 idem est quod ἀνάφορον. hinc etiam
 βασις pro calceis vel sandaliis. Hesy-
 chius: βασις, ὑποδήματα Ἰαλιώτων.
 nam βασις calceus, ut ἀναβάσῃ,
 ab eadem origine. κρηπίς quoque
 Græcis utrumque significat, & βάσις,
 & calceum. miror homines doctos
 potuisse sibi persuadere Ἰαλιώτας,
 in illo Hesychii loco pro Latinis vel
 Romanis accipi, cum notum sit
 Ἰαλιώτας proprie dictos Græcos,
 qui eam partem Italiæ incolerent
 quæ major Græcia nuncupata est.
 multum enim distat inter Ἰαλιὸν &
 Ἰαλιώτων. hoc si cogitassent, non
 βασις inter Græcobarbara vocabula
 posuissent, nec in βασις mutassent,
 ut οὐκίπασιν pro οὐκίπασρον. sic βασις
 pro βάσῃ. quidquid denique fe-
 tendo esset, βασις est dictum, unde
 ut dixi verbum βασιζέω, & βασις
 pro baculo. Latini *bastum* dixerunt,
 & non solum baculum ita appella-

runt, sed etiam asini clitellas & sag-
 mata. à basto igitur, *basterna*, hoc
 est φορέιον. sic à lato, *laterna*, quæ
 fert lucernam. à cavo, *caverna*. à
 λάκη vel λάκη, quæ vestem vel tu-
 nicam significat, Latinum *lacerna*. sic
 à loco *locerna* vel *lucerna*, in qua collo-
 catur lampas vel candela. non enim à
 luce dicitur, cum primam habeat
 brevem. sic à *Zaba* quæ vox loricae
 significat vel Ἰαργίκιον, *Zaberna* vel
 pluteus. Ἰαργίκιον enim, ut & *zaba*
 pluteum etiam significat, non lori-
 cam tantum, ut alibi pluribus doce-
 bimur. hinc *zaberna* librorum apud
 Abdiam in historia Apostolorum,
 pro pluteis vel capsis librorum: ὅ-
 τ' *haud mora collectis libris magicis zabernas*
plenas ad apostolum attulit. & paulo
 post: *ne forte odor incendii vexet incautos,*
appende zabernis lapides & plumbum &
mitte in mare. vulgo *Zabyras* excusum
 legitur in Abdia: nos ex veteri libro
 Jureti nostri sic restituimus. *Basterna*
 igitur est φορέιον, vel lectica gesta-
 men. Glossæ: *lectica, φορέιον.* *Baster-*
nam etiam pro transitu dixerunt ab
 eadem origine. nam βασις & βα-
 σῆς, est *παιρηδῆς, ἀπαρηδῆς*.
 inde *Basterna, ἀπαρηδῆς* & *παιρη-*
δῆς. Glossæ legales: *βασις, παρη-*
δῆς, ἢ τοῦ ἀπαρηδῆς ὁ λέγει
παιρηδῆς. in constitutione Zenonis:
ἢ ἀπαρηδῆς ἐπὶ παρηδῆς μόνον
χρησίσμων, ἢ κ' ἄλλων ἀκαλῆσιν ἐν τοῖς
βασις. Harmenopulus *βασις*
παιρηδῆς interpretatur. sed ad *ba-*
sternas nostras redeamus. Isidorus in
 glossis *basternam* exponit, *lectam ma-*
nualem: basterna, lecta manualis. pri-
 mum *lectam* absolute dixit pro *lecta*
lectica. *lecta* est *κρησίστην κρησίσ-*
την φορέιον, est lectica operata quæ in
 usu matronarum fuit. ita apud Dio-
 nem vocatur aliquot locis. *basternæ*
 etiam undique *contecta*, ut paulo
 post dicemus. sed *manualem* quare
 vocat? jam enim docuimus *basternas*
 non ab hominibus portari solitas, sed
 à burdonibus vel mulabus fuisse ve-
 ctatas. nullum mihi dubium est,
 quin

quin

22 & aureos millenos, & centena pondo argenti. 'Sortes
sane

quin scribendum sit in illis glossis, *tecla manalis*. *teclam manalem* vocat, *basternam* vel *lecticam teclam*, quæ à *mannis* portabatur. sic *carpentum mulare*, supra habuimus, quod à *mulabus* trahitur. idem *Isidorus* in *Originibus* *basternam* à duabus animalibus deportari scribit. *vetus epigramma* *burdones* portandæ *basternæ* assignat, quam sic describit: ipsum enim *epigramma* non pigebit huc referre, ut aliquot locis emendatius ex veteri codice adscribamus. *De Basterna*:

Aurea matronas claudit basterna pudicas,

Quæ radians latum gestat utrumque latas.

Hanc geminus portat duplici sub robore burdos,

Provehit & modico pendula septa gradu.

Provisum est caute ne per loca publica pergens.

Fucetur visis casta marito viris.

hodie legitur, *casta matrona*, multum gemente syllaba quæ sic contrahitur, cum sit longa. *latum* *latus radians* *basternæ* vocat quod specularibus *basternæ* latera essent clausa. *Juvenalis*:

Quæ vehitur latis clauso specularibus antro.

ibi interpretes *basternam* interpretatur, sed *lecticam teclam* intelligit *Juvenalis* quæ ab hominibus portatur, sed forma, ut dixi, *basternæ* & *lecticæ teclæ* non differebat nisi quatenus hæc ab hominibus, à *burdonibus* illa portabatur. per *duplicem robur* auctor *epigrammatis* duos *basternæ* amites, ut vocat *Palladius*, intellexit. *Isidorus* in glossis *mannos* dat *basternæ*, hic auctor *burdones*. *Porphyrio* *mannos* & *burdos* & *burichos* appellari notat. idem *Isidorus* in *originibus* à *mulabus* *basternam* portari indicat, cum ait à *duabus animalibus*. nam ita libri veteres. sed & muli & bur-

dones plerumque confunduntur. *Glossæ*: *ἡ κείνη ἐστὶν ἡ κείνη*, *ὄνος*: *mulus burdo*. *basternam* propriam fuisse *matronarum* ostendimus, & id verum esse patet ex illo *epigrammate*. *Ammianus* lib. xiv. postquam virorum nobilium incestum per urbem descripsit, sic & *foeminarum* *magnarum* describere incipit: *quos imitate matronæ complures operis capibus, & basternis per latera civitatis cauda discurrunt*. sic enim scribendum apud *Ammianum*. vulgo, *quos comitantur* scribitur. ar veteres libri habebant: *quos seminate*. fecimus, *quos imitate*. nam de *summatibus* viris erat loquutus, qui equos velut *publicos* signatis calcibus agitant, *familiarium* agmina tanquam *prædatorios* globos post se trahebant. *quos imitate*, inquit, *matronæ complures*, &c. vide locum, de commendatione nostra non dubitabis.

CASAUBONUS.

I *Sortes sane convivales*.] *Suetonius* simile quid de *Augusto*, capite xxxv.

SALMASIUS.

I *Sortes sane convivales* scriptas in *cochlearibus* habuit tales ut alius exhiberet *decem camelos*.] *Dolet* & male lectum hæc hunc locum, & pejus intellectum ab hujus ætatis eruditissimis viris. Nam primum certum est, istud verbi exhiberet alienum esse ab illo sensu quem hic exigit locus. sed de mente authoris videndum, deinde verba ipsa perpendemus. *Sortes* igitur istæ *convivales*, quas in *cochlearibus* habuit scriptas illa *pedis* & *barathrum* *macelli* vel *imperiitotius*, non erant ad illarum sortium modum exemplumque quas vulgo divites in *conviviis*, suis *convivis* exhibebant & distribuabant. æquales enim erant illæ *sortes* & æqualiter distribuabantur, ita ut non alius alio ditior exiret sortis suæ gratia. nec divites tantum sed & *pauperes* ejusmodi sor-

fane convivales scriptas in cochlearibus habuit tales ut alius exhiberet decem camelos, alius decem muscas, alius decem libras auri, alius decem plumbi, alius decem

di sortibus convivalibus ludebant, ut ita dicam. extat integer Martialis liber de ejusmodi sortibus:

Divitis alternas & pauperis accipe sortes,

Præmia convivæ det sua quisque suo. ibi licet videre exempla earum sortium, & quas pauperes & quas divites suis convivis dividebant. At Heliogabali ejusmodi erant, ut veræ sortes dici mererentur, atque iis fata tentarentur. exempli gratia: ex ejus convivis alius sortito ducebat decem camelos, alius decem muscas. ille cui decem cameli exhibant, merito id fati sibi faventibus poterat imputare: ut ille contraria fata experiebatur, qui decem muscas in sua sorte scriptas reperiebat. sic de decem libris auri & decem plumbi: decem struthionibus, & decem ovis pullinis. nam qui decem libras auri in sorte habebat, dives discedebat: qui decem plumbi, nihil aut parum lucrabatur. & sic vere fata tentabantur, cum ex eorum arbitrio, ut ita dicam, res penderet, utrum quis felix optimæ & optimæ sortis beneficio abiret, an tenuis & contemnendæ muneris non magnopere beatus. hic est, atque omnino alius esse non potest hujus loci sensus & harum convivalium sortium. nunc verba perspiciamus an huic sensui paria sint: *sortes fane convivales scriptas in cochlearibus habuit tales, ut alius exhiberet decem camelos, alius decem muscas.* secundum hanc lectionem non Heliogabalus exhibuerit illas sortes convivis suis, sed ipsi potius sui convivæ. quod imposuit viris doctis, eosque in errorem induxit. hoc etiam expedivit nobis optimus codex, ut alia infinita in his auctoribus digna vindice. is igitur habuit, *ut alius exiret decem camelos, alius decem muscas.* sed notandum no-

va prorsus significatione heic positum verbum *exiret*, quod agendi notionem manifesto præfert: pro *extrahere* enim usurpatur. ut *transire negotium*, pro transigere, apud Julianum Antecessorem & alios. sic *exire* sortem, pro extrahere. nec mirum debet videri, cum satis certum sit omnino esse vitiosum vulgatum *exhiberet*. nam Halagabalum ipsum exhibuisse sortes illas, non convivas, omnino ostendit id quod sequitur: *quod quidem & ludis suis exhibuit, quum & ursos decem, & decem glires, & decem lactucas & decem auri libras in sorte habuit.* sed illud *exiret*, quod pro *exhiberet*, habetur in veteri codice, aliter est accipiendum, nec positum est pro *extraheret*. *exire* enim dicebantur, quorum nomina sortibus inscripta, & in urnam demissa, inde extraherentur. Hygenus de limitibus agrorum: *qui primi exierint, primam sortem centuriarum tollere debebunt.* eodem exemplo & ceteri. & paulo post: *ex his urna sorti nomen inscribemus, & quoto loco exierit, notabimus.* Vopiscus in Probo: *tunc omnis exercitus equum illum Probo duci dicavit, ipsi etiam militibus quorum nomina exierant id volentibus.* emergere pro eodem dixit, & effundi: *sed & iterum Probi nomen emerit: quumque tertio & quarto fecisset, quarto Probi nomen effusum est.* ipse igitur *exire* dicebatur, cujus nomen sorti inscriptum exhibat, & educebatur ex urna. sic igitur ista sortitio convivalis agitabatur. sortes in cochlearibus erant inscriptæ tales. *primus decem camelos: (subaudi, tollat.) secundus decem muscas: tertius decem libras auri: quartus decem plumbi, & sic deinceps.* nomina deinde convivarum in urnam mittebantur. qui primus exisset, primam sortem tollebat, quæ haberet inscriptum, *decem camelos, qui secundus, secundam. &*
ita de

cem struthiones, alius decem ova pullina, 'ut veræ fortes essent & fata tentarentur: quod quidem & ludis suis

ita de ceteris. quam rem mira brevitate, & novo loquendi genere expressit Lampridius, cum dicit: *ut alius exiret decem camelos, alius decem muscas, &c. pro, ut alius qui exiret, tolleretur decem camelos, alius decem muscas.* alio etiam modo potuit hæc sortitio celebrari, conjectis scilicet in urnam cochlearibus ipsis quæ sortes habebant inscriptas, quæ inde extractæ convivis distribuerentur pro accubitationis aut sessionis ordine, ut quæ prima fors exiret, primo loco accubanti daretur, quæ secunda, secundo. & ita deinceps. nec dubito quin ex vulgari & corrupta jam sermonis consuetudine hoc loco ita sit loquutus Lampridius, quæ diceretur exire decem camelos, cuius fors exisset quæ decem camelos inscriptum haberet. sic enim videntur inscriptæ fuisse convivales istæ sortes, non nominandi casu, *decem camelos, decem muscas*: sed accusandi: *decem camelos, decem muscas.* subaudiebatur enim, vel *rollat* vel *ducat.* hinc *exire decem camelos*, plebeia ac triviali loquendi forma dicebatur cui fors illa exiret, *decem camelos.* vel cuius exiret nomen, cui ea fors debebatur & assignata erat. ex eadem vulgi in loquendo consuetudine posuit Vopiscus in vita Bonofii: *Brevia munerum sunt: tunicas palliolatas hyacinthinas, tunicam auro clavatam, interulas dilores duas, & reliqua quæ matronæ conveniunt.* cum recta & emendata loquendi ratio postularet: *tunica palliolata, hyacinthina, tunica auroclavata, &c.* ex eodem vulgi more loquutus Capitolinus in Pertinace: *austio sane Commodi rerum in hi insignior fuit: vestes subtemine serico, aureus filis, insigni opere: tunicas pænulasque, lacernas, chlamydes græcicas atque castrenses, & cuculli bardaici.* quis enim hæc sic proferret cui emendate loquendi cura? in veteri instrumento apochæ vel plenariæ securitatis, Justiniani ævo

conscriptæ perpetua est ista coluam confusio & permutatio, non ad Grammaticæ canones, sed ad vulgari & usu trita tunc loquelæ consuetudinem: cuiusmodi ista sunt, in eadem *arca clavis clausa valente filiquas duas: serica misticia cum manicis curias, valente filiquas aureas duas: braccas breves conertes filiqua aurea una: calcia valentesisdo.* ex eodem genere sunt quæ alibi observamus apud istos auctores: *alatus illos, vos ipse, ad fratres suos, Audito nobem vistris, & similia.* non igitur omnia quæ in auctoribus reperiuntur, illius ævi præsertim, loquendi generæ, ad Grammaticales regulas sunt revocanda.

CASAUBONUS.

¶ *Ut veræ fortes essent, & fata tentarentur.*] Sortes convivales ita dicuntur, quod sortitio dividerentur: in quo non magna erat alea: res enim in sortem mittebantur, quas sive adeptus esses, dives propterea futurus non eras: sive non accepisses, vel etiam dare de tuo damnas fuisses, (erant enim harum sortium varii modi) tamen ideo pauper futurus non eras, & omnino propter has sortes nemo prius nomen mutabat aut conditionem; sed manebat qualis ante, dives aut pauper. At sortes Alagabali erant *veræ* (regius *veræ*) sortes, id est *κλήροτ*, & hereditates luculentæ. Quare sortem abstulisse erat, de paupere factum esse divitem: victum esse, erat idem ac bonis suis excidisse. tantæ rei enim, sortes istæ fuerunt, ut ex eventu hujus aleæ sortientes censerentur vel divites vel pauperes. hoc est quod eleganter Lampridius dixit, *veras sortes iussit, & quæ fata tentarent.*

GRUTERUS.

¶ *Ut veræ sortis esset essent.*] Sic & Pal. cum Regio, non *veræ*. ¶ *Et deo.*

fuis exhibuit, quum & urfos decem, ¹ & decem glires, & decem lactucas, & decem auri libras in forte habuit. Primusque hunc morem fortis instituit quem nunc videmus. Sed vere ad fortem scenicos vocavit, quum & canes mortuos, & libram bubulæ carnis haberet in forte: & item centum aureos, & mille argenteos, & centum folles æris, & alia talia quæ populus tam libenter

CASAUBONUS.

1 Et decem gryllos.] Regius, decem gryllos, grylli Græcis porcelli grunnientes. possis legere & glires.

SALMASIUS.

1 Et decem gryllos.] Palatinus: griles, & vetus editio. legendum, glires. Glires etiam conviviis veterum admissi. Ammianus Marcellinus lib. xxviii. ponuntur etiam in conviviis trutinæ ut adpositi pisces & volucres ponderentur & glires. Plinius lib. xxxvi. cap. i. Ingens ista reputantem subit antiquitatis rabor: extant censoria leges glaudia in cænis gliresque & alia dicta minora apponi veteres.

GRUTERUS.

1 Et decem gryllos.] Pal. griles. forsan voluit transpositis, glires.

CASAUBONUS.

2 Centum folles æris.] Et si ita obtinuit usus & antiqua consuetudo, ut cum geminis ll scribatur hoc nomen folles, & Græcè quoque apud plerisque φολίς, rectius tamen alii scribunt φολίς; ut in Eusebii hist. lib. x. c. vi. verbum est enim purum putam originis Hebraicæ: חפף illis idem ac ἡρῶ ponderare: atque ut ab hoc sit siclus vel sceel, vox πολυσημία, sic ab illo φολίς, folis, vox item latissima significationis. Sed pro minuta pecuniz genere, non Latini solum & Græci accipiunt: verum & Hebræi, ut docent critici Judæi; & Arabes etiam: nam qui in Græco evangelio ὑδράντης nominatur, Arabice vertitur *سولس* folis. Est sa-

nè folis, sive follis, ut ex hoc loco apparet & multis, cum utriusque Codicis testimoniis, tum aliorum qua Græcorum qua Latinorum scriptorum, minimæ æstimationis nummus, ut si ὄβολον ἢ τετρακταύς Græce, Latine teruntium aut quadrantem dicas. de follibus æris loquimur, quorum hic Lampridius meminit. verum & argentei folles facti sunt, ut docet doctissimus scriptor Epiphanius: cujus locum sine causâ eruditissimis jurisconsultis exagitatum, alibi exponimus, ne hic prolixiores simus. Atque hinc illa diversitas in æstimatione follium, quam mirantur iidem apud scriptores. De follibus argenti sensisse arbitror antiquissimos Judæorum magistros, qui vocem Thalmudicam תרומה exposuerunt סכ"פ sive סכ"פ follem. refert illorum hanc notam Rabbi Nathan Justus: sed fallitur, cum putat Chaldaicæ originis esse verbum תרומה: Græcum est enim ἀσημένιον, ut observavit nuper Johannes Drusius vir doctissimus, & harum litterarum callentissimus. Ἀσημένιον recentioribus Græcis est argentum, ut exponit Hesychius: & ita verti observavimus in historia miscella, cujus pars maxima est de Cedreno. exemplum unum afferemus. enumerans Cedrenus prædam ingentem, quam victo regi Persarum ademerat Heraclius, ponit inter cætera, ἀσημένιον, ὀλοσθήρια τε ἰμάτια. id est, argentum & holoserica vestimenta. atque ita versus invenies. sic accipe in veteri epigrammate incerti poetæ, libro secundo, titulo εἰς φιδωλές. H h h itridet

irridet ibi poeta convivatorem sordidum simul & ambitionum; qui convivis suis discos argenteos apponeret, magni pretii, sed vacuos: quasi ad spectaculum, non ad convivium essent vocati: ergo claudit epigramma:

Ζήτηι νησδούχης ἐς δόρυρῆλυ ἐπί-
δξεν*

Καὶ τότε τωμυρόση κῆφον ἀση-
μῶν ἔχων.

in priorē versū male editum δόρυρῆλυ. Quare, ait, eos qui in castro sunt, & jejulant, ut illis argenteam supellestem tuam ostentes. illis poterit admirationi esse, quæ nobis bilem ciet copia hæc argenteorum vasorum levium, nec, ut par erat, cibis onustorum. ἀσημῶν appellat argentum, vel τὰ δόρυράμαλα. Et mirum sane male sensisse Nathanem de vocis ἸΩΔΝ origine: cum recte scribat idem eo loco lingua Græcorum vocari & argentum & vasa argenti ἀσημῶν. hodie Græci vocant ἀσημῶν.

SALMASIUS.

2 Et centum folles æris. | Folles minuta pecuniæ genus & omnium minimæ. nam apud calculones follis idem erat, quod apud Arithmeticos μονάς. non dabatur sectio monadis nec follis. vetus Scholiastes in δριθηλικῆ epigrammata Metrodori, ἰστέον ἃ ὅτι ὁ κελ ἢ λς γίνε) κέρθ δριμυρογν. εἰδὲν γδ Διφφῆρει πωρὸς δριθηλικῆ κ λογαρικῆ Ἰηφοφορῆαν ὁ λζ ἢ λς, διότι εἰ τέμνῃσιν οἱ δριθηλικῆ τὰς μονάδας, εἰδὲ οἱ λογαρικῆ τὰς Φόλλας. viginti quattuor folles unum denarium argenteum qui miliarensis dicebatur, efficiebant; duodecim autem miliarenfes unum aureum. sic ducenti octoginta octo folles inerant in uno nomisma. Scholion vetus in eadem epigrammata: στωάρον) Διφφῆ τας δρων ἀνδρῶν Φόλλας CΠΗ, ἢ γέν νομισμα ἐν ἀντι τδ δεξαμερῆς. atque hæc de follibus sub Justiniano & post Justinianum tantum. nam ante ipsum diversa follium ratio fuit, sub Con-

stantino vel etiam ante Constantinum, folles dicebantur sestertii: & idem erat dicere, centum folles, quod apud veteres, centum sestertii. sestertium æreum uncialem fuisse consentiunt auctores: follis etiam fuit uncialis. Helychius quadrantiem esse dixit, τὸ τεταρτῆρι Φόλλας. quadrans illi dicitur de duabus drachmis. octo drachmæ in uncia. sic duæ drachmæ quarta pars uncia vel follis vel sestertii. vetus auctor in etymologico Suidæ follem, quattuor asses fuisse vult: sestertius quoque totidem asses habuit. ita hoc loco folles ærei sunt accipiendi pro sestertiis nummis. follis tamen non semper pro æreo nummo usurpatus est, sed etiam summam aliquam vel auri vel argenti vel ærea pecunia designabat, ut follis quem pendebant senatores, in senatoribus primæ, ita dixerim, classis, octo auri libras significat; in mediocribus quattuor; in infimis vero, duas. hæc summa, folles dicebantur. & follem pendere dicebatur, qui octo auri libras, qui quattuor, qui duas pendebat. Glossæ nomica: ἐστὶ ἢ κῆ ἔτερο Φόλλας Διφφῆρας ἔχων ποσότηας: ἀπὶ γδ δύο χρευστῆς λιτῶν δριμυρογν εἰς οὐκῆ ἀσθῆς κῆ τῆν ἀξίαν κῆ τῆν ὑποεἶαν τδ ἀπαιτηδῆται nam ut saccus auri, sporta auri, sic follis auri de certa auri quantitate dicebatur. follis enim & saccus vel marsuppium idem. Martialis:

— d. cem Scorpus

Ferventes auri victor au tuat saccus. locum Epiphani de folle nemo est fere doctorum qui non emendare sit conatus, nemo est qui non pejus fœdusque corruptum dimiserit quam erat nec excipio magnum illum scalligerum qui in libello postumo de re nummaria eum corrigere & explicare aggressus est, & neutrum recte præstitit. nos quomodo sit explicandus & restituendus, docebimus in commentario ad vetus imperii Rationale, ubi multa adhuc, & doctissimis etiam ignorata in lucem profere-

semus,

benter accepit ¹ ut eum postea imperare gratularetur. ² Fertur in euripis vino plenis navales circenses exhibuisse, ³ pallia de œnanthio fudisse, ⁴ & elephantorum

quarum remus, non solum de his follibus, sed de tota re nummaria, & illustrem Glossarum nomicarum locum ex historia Hesychni Milesii, de diversis follis significationibus partim exponemus, partim emendabimus.

CASAUBONUS.

¹ Ut eum postea imperare gratularetur.] Reg. gratularentur. ἄλλο τὸ σημεῖον ἔστιν, est autem subobscura mens: quia omisit necessarium casum hujus verbi. cui enim gratulabantur? sibi-ne invicem, an ipsi Alagabalo?

² Fertur in euripis vino plenis navales circenses exhibuisse.] Lacum defodi solitum ad naumachiaæ spectaculum, vocat euripum, quia longior erat quam latior. erant & in circis euripi: sed isti ab illis sunt diversi. etiam in privatorum ædificiis euripi erant & nili. ita enim ductus aquarum vocabant, ut ait M. Tullius. Naumachiarum lacus implebant vel fluviatili, vel marina aqua: iste insanus vino.

³ Pallia de œnanthio fudisse.] Scribe œnanthino. œnanthinum oleum notum est ex Athenæo & Græcorum commentariis. sed quid est, pallia de œnanthino fundere? nemo est qui hæc possit interpretari. si fundere accipias pro perfundere, poterit fortasse referri ad κρημνισμοίς, & sparsiones theatrorum: de quibus multa viri docti. sed assentior Josepho Scaligero, qui legit, Balnea de œnanthino f. nugas Egnatii nugacissimas omittimus.

⁴ Et elephantorum quatuor quadrigas.] Nam & elephantos ad curram junxerunt. in quinto Athenæi habes ἐλεφαντων ἄρματᾶ.

GRUTERUS.

¹ Ut eum postea imperare gratularentur.] Sic & prater Regium Pal. non gratularetur.

³ Pallia de œnanthio fudisse.] Haud aliter Palatinus, sed distinctis vocibus Deo œnanthio.

SALMASIUS.

¹ Ut eum postea imperare gratularetur.] Vetus: gratularentur. nempe populus. sic Martialis:

gratias agunt gentes,
Populus habebunt.

³ Pallia de œnanthio fudisse.] Vetus editio Palatinusque cum hac lectione consentiunt: habent enim: pallia Deo Enanthio fudisse. vir doctissimus post multam mentis & calami agitationem tandem accedit sententiæ Scaligeri legentis: balnea de œnanthino fudisse. quam si ego lectionem in libris ita scriptam reperissem, sic me Deus juvet, minime dubitarem suspectam postulare, & querere quid esset, balnea fundere. sæpius quidem in superioribus legitur, hanc generis humani labem balnea rosato temperasse, absinthiato, condito & similibus: sed balnea fundere nescio quid possit esse. pallia igitur retinemus, & fudisse pallia de œnanthino Heliogabulum, sic interpretamur, palliis usum esse œnanthino unguento fufis. luxuriæ olim proceres solebant sese œnanthino perfundere cum è balneis exirent: sed & vestes suas perfundebant, & mensas tergebant, & domum etiam totam conspergebant. Paulus Agineta lib. vii. ἡ δὲ κρημνιστὴ οἰκονομικὴν ἀπορροὴν τῆς δὲ κρημνιστῆς ἐνὶ τῷ λαμβάνειν μὲν τὰ λείρα καὶ κρημνιστῆσαν αὐτῆς τῆς κρημνιστῆς, καὶ τὰς τρεπίεζας αὐτοῖς ἀπορροῖζόντων. alio loco: καὶ κρημνιστῆσαν λείρα μὲν τῶν ἐν νόσῳ ἀνακρημνιστῆσαν, καὶ περὶ αὐτῶν τὸ οἶκον καὶ τὰ σκεύη καὶ βαπτῶν ἀπόρροισ καὶ πῆθεις ἀπορροῶν. & fortasse pallia heic accipienda.

Hhh 2 τὸ ἴδιον

quatuor quadrigas ¹ in Vaticano agitasse, dirutis sepulchris quæ obsistebant: ² junxisse etiam camelos quaternos ad currus in circo ³ privato spectaculo. ⁴ Serpentes

τοῖς ἰματίω quibus homines è balneo exeuntes se involuebant ad sudorem elicendum, vel sabana. Galenus πρὸς διαίτης ὀξείων νοσημάτων. εἰς δὲ δι νυκτὸς ἰατρῶν (ἐπι γυμνασίου ἐπὶ τῷ ἀσθενήτων, ἢ μὲν εἰς ἀπόψιν, ἀλλ' ἐνελίττεισιν αὐτὸς μὲν τὸ λυθρον εἰς ὄθονω οἱ ἢ εἰς ἰματία καὶ κολιτὴ γὰρ τὰ ἀγναπὰ πρὸς τὸ λυθρον, ἀς ἰδρῶσι πλεῖστον. cum mos igitur esset τῷ τρυφητῶν ἀνανθίνω à balneis perfundi, Heliogabalus post balneum palliis ἀνανθίνω fufis involvebatur. alias scio & βαφαὶς δωδῆς ἰματίων apud veteres in usu fuisse, & κολιτῶν κολιτῶν δρωματίων ἐν ἰματίω. & de his omnino intelligendus hic locus, inter κρομμύλην Critonis capitula, referente Galeno lib. 1. πρὸς συνθέσει φαρμάκων κτ' τόπος fuerunt, & ista: καθαριτικὴ λαμπροπυλινκὴ παντοία. κολιτῶν δρωματίων ἐν τοῖς ἰματίω. δωδῆς βαφαὶς ἰματίων. ῥόσματῶν θαλάμων καὶ πρὸς πύτων. ex ἀνανθίνω autem ut plurimum fieri solitas sparsiones istas thalamorum & vestium κολιτῶν, nos docet Paulus Ægineta. legendum autem κολιτῶν δρωματίων apud Galenum, non κολιτῶν δρωματίων. κολιτῶν ἰματίων δρωματίων ad verbum est, pallium unguento fundere vel spargere. Porro ἀνανθίνω heic non ἀνανθίνω legimus, atque ita plane veteres libri. ἀνανθίνω pro ἀνανθίνω dicebant, ut nardum pro nardino, crocum pro crocino, & similia. D. Hieronymus lib. 11. adversus Jovinianum: odoris autem suavitas & diversa thymiamata, & ἀμόνιον, & κυφί, & ἀνανθίνω, & μύσκον & περὶ γυμνασίου muris pellicula. ab ἀνανθίνω igitur diminutivum οἰανθίνω & οἰανθίνω pro ipso unguento

to. & ita Paulus Ægineta: οἰανθίνω βαφαίων. ἢ ὅτι οἰανθίνω δὲ τὰ οἰανθίνω πρὸς τὸν πάλω. & paulo post: οἰανθίνω πρὸς τὸν πάλω. Photius de Ætio Amideno: οἰς καὶ ἕτεροι πρὸς συνθέσει κεφάλαια. σμήματα ἢ ὄψευς ὡς ἰατρῶν καὶ ἕτεροι πρὸς συνθέσει καὶ ἕτεροι πρὸς τὸν πάλω. non aliter dicebant quam οἰανθίνω & οἰανθίνω de hoc unguento. ἀνανθίνω igitur heic retinendum.

C A S A U B O N U S.

1 In Vaticano agitasse, dirutis sepulchris, quæ obsistebant.] Sepulcra intelligo, equorum. nobiles enim equos curules in Vaticano sepeliebant. vide supra ad Capitolini Verum Angustum.

2 Junxisse etiam camelos quaternos ad currus in circo.] Suetonius in Nerone, Civensibus commisit etiam camelorum quadrigas.

3 Privato spectaculo.] Id est, Juvenalibus ludis: ita exponunt eruditissimi viri: ego putabam intelligi ludos, quos nulla ex causa publica, sed ad libidinem solum suam quoties venisset in mentem, sibi exhibebat. habuere autem imperatores proprios histriones, gladiatores, & agitatores. hi igitur ludi quod à privati aurigis Alagabali peragerentur, privati dicuntur: neque obliat quod in publico loco, circo nempe Vaticano, celebrarentur.

S A L M A S I V S.

4 Serpentes per Marsicæ gentis sacerdotibus collegiss.] Cur solis Marsicæ gentis sacerdotibus tribuit, quod omnium Marsorum proprium fuit, ut non modo serpentes impune & sine noxa tractare possent, sed etiam eorum quasi domitores essent, cantuque

pentēs per Marficæ gentis sacerdotes collegiſſe fertur: eoſque ſubito ante lucem, ut ſolet populus ad ludos celebres convenire, effudiſſe, multoſque afflictoſ morſu & fuga. Uſus eſt aurea omni tunica, uſus & purpurea, uſus & de gemmis Perſica, quum gravari ſe diceret onere voluptatiſ. ² Habuit & in calciamentiſ gemmas, & quidem ſculptas: quod riſum omnibuſ movit, quaſi poſſent ſculpturæ nobiliuſ artificuſ videri in gemmiſ quaſ pedibuſ adhærebant. ³ Voluit uti & diademate gemmato, quia pulchrior fieret, & magiſ ad feminaruſ vultuſ aptuſ; quo & uſus eſt domi.

Fertur

que & herbis ſopitoſ manuſque, & obnoxioſ redderet? videntur quidem olim vulgo Marſi homineſ hac vi naturali contra ſerpenteſ valuiſſe, ſed eamdem perdiditſe. poſtquam cum externiſ cognationibuſ permiſceri coinquinariſque cœperant. ita ut hæc eadem poteſtaſ ac virtuſ in ſoliſ eorum familiiſ remanſerit, ſi quaſ impermixtaſ incorruptaque manſerunt ab extraneæ contagio cognationiſ, vel etiam penes eorum duntaxat ſacerdotē reſederit, qui ut veriſimile eſt ex illiſ familiiſ puriſque Marſiſ eligebantur. Vide Gelliuſ lib. xvi. cap. xi. vel ſane dicendū eſt, ſacerdotē Marſicæ gentiſ abundantiuſ potentiuſque quam ceteruſ vulguſ hanc vim virtutemque genitaleſ ſopiendi domandique ſerpenteſ poſſediſſe, & ideo ad hanc rem frequentiuſ adhiberi ſolitoſ. Ceteruſ Marſicæ gentiſ ſacerdotē quēdam memorat Virgiliuſ perfectiſ operiſ vii. & commendat ab hac eadem arte ſeu vi ingeniſ ſerpenteſ incantandi:

Quin & Marrubia venit de gente sacer-

dos

Fronde super galeam & felici comptus

oliva,

Archippi regis miſſuſ fortiſſimuſ Umbrō,

Vipero generi & graciliſ ſpirantibuſ hy-

dris

Spargere qui ſomnoſ cantuſque manuſque ſolebat,

Mulcebatque iras, & morſuſ arte leſabat. Marrubioſ autē Marſoruſ populoſ fuiſſe vulgatuſ eſt.

CASAUBONUS.

1 Per Marſicæ gentiſ ſacerdotē.] Reg. voceſ ſacerdotēſ non agnoſcit: & gentēſ non gentiſ. Sanè alii ſcriptoreſ qui de Marſiſ locuti ſunt, non ſacerdotibuſ Marſicæ gentiſ hanc contra ſerpenteſ vim tribuunt; ſed Marſoſ ſimpliciter nominant.

3 Voluit uti & diademate gemmato.] Quod primuſ poſt Juliuſ tentavit Caligula. Suetoniuſ cap. xxxi. perfecit primuſ Diocletianuſ; ut in ejuſ rebuſ tradunt hiſtorici.

GRUTERVS.

1 Per Marſicæ gentiſ ſacerdotē.] Itaque noſter Palatinuſ.

SALMASIUS.

2 Habuit in calciamentiſ gemmas & quidem ſculptas.] P. ſculptas, & paulo poſt: ſculpturæ. ut ſupra: argenteaſ vaſa ſculpta.

3 Voluit uti & diademate gemmato, quia pulchrior fieret.] Legenduſ: qui pulchrior fieret, & magiſ ad feminaruſ vultuſ aptuſ.

Hh h 3

z Fer-

¹ Fertur & promississe phœnicem convivis, ² vel pro ea libras auri mille, ³ ut in prætorio eas dimitteret. ⁴ Marina

rina

¹ Fertur & promississe phœnicem convivis suis.] Mira hallucinatio doctissimi viri, qui scribit heic sensum lectionis hujus esse; promississe Alagabalum singulis convivis phœnicem daturam, vel si liberos vellent dimittere, auri libras mille. sed vitio lectionis quæ sequitur, in errorem incidit, quæ habet: *ut in prætorio eas dimitteret.* quæ quidem quomodo possit constare non video. plures enim nobis phœnices apponit. at phœnicem unicam semper avem didiceram puer ex poetarum aliorumque auctorum lectione. qui igitur potuit Alagabalus ille, singulis suis convivis phœnicem promittere, aut illis, qui suam vellent dimittere, pro phœnice auri libras mille? ubi enim genium tot phœnices reperiri potuissent? non singulis igitur suis convivis phœnicem promississe debemus accipere, sed phœnicem omnibus apposituram, qui unicus est in orbe terrarum, aut pro eo libras auri mille. quod autem sequitur, *ut in prætorio eas dimitteret*, induxit eruditissimum virum, ut Alagabalum singulis suis convivis phœnicem promississe crederet. sed verba illa vitiose scripta esse quis non videt? vetus codex legit: *ut in prætorio eos dimitteret.* quam lectionem consistam esse mihi liquet à nescio quo qui putaret plures phœnices promississe convivis suis Helio-gabalum, ut singuli suam haberent. omnino scribendum: *ut in prætorio cum dimitteret.* nec enim probo emendationem clarissimi viri legentis: *ut eas imperatori dimitterent.* nam præterquam quod multos phœnices facit, etiam cetera parte improbanda est. cur enim prætorio mutemus in imperatori? in prætoriiis & villis elegantiorum hominum phasianus, gallinæ rusticæ, meleagrides, psittaci, merula alba, & aves aliæ id genus raræ & inusitatæ, non solum ad gulam &

culinam habebantur, sed etiam ad voluptatem & ornamentum villarum. cum igitur Alagabalus convivis suis promississet se phœnicem exhibiturum, quoniam rara avis est, utpote quæ sit unica, ut eum redimeret ac dimitteret in prætorio suo, pro eodem auri libras mille se daturum pollicitus est. *prætorium*, est villa urbana. de hac expositione vix est ut quisquam dubitare possit. emendatio vero profus indubitata.

CASAUBONUS.

² Vel pro ea libras auri mille.] Constantet ea, non eo omnes libri. & statim eas.

³ Ut in prætorio eas dimitteret.] Scrib. *dimitterent.* Sensus lectionis hujus erit: promississe daturam singulis convivis vel phœnicem, vel, si pro sua humanitate mallet liberos dimittere, auri libras mille. non possumus aliter mentem extricare: sed quid sibi illa volunt in prætorio? plane hoc nos non assequimur: itaque scribimus, *ut imperatori eas dimitterent.* si quis ea verecundia erga principem futurus esset, ut phœnicem nollet accipere, tanquam donum fortuna privati hominis majus, propter raritatem, ei spondebat Alagabalus se daturam auri libras mille.

GRUTERUS.

² Vel pro ea libras auri mille.] Sic quoque Pal.

³ Ut in prætorio eos dimitteret.] Pal. *eos dimitteret.* non posse hæc accipi de Phœnice, inde liquet, quod eam velint fabulæ avem unicam.

SALMASIUS.

⁴ Marine aque colymbos exhibuit.] Colymbus, κολυμβός. nam ita Græcis natatio. κολυμβήσις pro κολυμβήσας. ἀπὸ τῆς κολυμβήσας. ut πηλὸν, error & vagatio, ἀπὸ τῆς πηλῶν. μίλιος pro μίλιον.

rinæ aquæ colymbos exhibuit, in mediterraneis locis maxime eosdem & singulis amicis natantibus dimisit, & iterum piscibus implevit. Montem nivium in viridario domus æstate fecit advectis nivibus. Ad mare piscem nunquam comedit: in longissimis à mari locis omnia marina semper exhibuit: murænarum lactibus & luporum in locis mediterraneis rusticos pavit. Pisces semper quasi in marina aqua cum colore suo coctos conditura veneta comedit: momentarias de rosato, & rosis piscinas exhibuit, & bibit cum omnibus

μυνησιν δὲ τοῖς ἑμιμῶν. sic πέμεσθαι δὲ τοῖς ἑμιμῶν. sic διῶσθαι, δινησις. βαδισθαι, βαδισις. κινῶσθαι, κινησις. & similia Græcus epigrammatarius:

Ἡ κτὶ χόγας.

hinc Latini colymbum pro piscina vel natatione. Prudentius de fonte:

Nunc pritis sicut per marmora, lubricatque elivum,

Dum carenti fluctuet colymba.

ita vocat aquæ conceptelam. Isidorus in Glossis: colymbus, locus ubi vestes mundantur. lege apud Isidorum, lacus ubi vestes mundantur.

1 Eosdem & singulis amicis dimisit. Eosdemque singulis amicis natantibus dimisit. ita vetus editio.

2 Et iterum piscibus implevit. Pal. & iterum cum piscibus implevit. sed illud cum quid heic facit? an sic dictum cum piscibus implere, ut cum chlamyde humeros celare in Severo? frequentes in hoc loquendi genere Græci recentiores. sed aliud vult hoc loco: nimirum eos colymbos postquam amici natassent, iterum implevit, non sola marina aqua, sed aqua cum piscibus, ut aquam marinam & pisces simul marinos in eos colymbos induxisse intelligamus.

3 Montem nivium in viridario domus. Palat. in viridario. & sic ubique scribit, viridarium & viridiarium. quomodo in pandectis Florentinis etiam scribitur.

tur. sic vindicare apud Ciceronem in epistola ad Quinctum fratrem: affirmo mirifica suavitate te villam habiturum piscina & salientibus additis, palestra & silva vindicatam. sic enim legimus ex veteribus libris qui habent vindicata. ex quo Turnebus voluerat, silva vindicata: non tam bene.

CASAUBONUS.

4 Murænarum lactibus & luporum. Meminit Suetonius in Vitellio, capite XIIII.

5 Pisces semper quasi in marina aqua cum colore suo coctos conditura veneta comedit. Regius, quasi marina aq. sine in. His verbis singulare quoddam artificium denotatur eorum cocorum, qui Alagabalo ministrabant: pisces enim ita parasse, ut non alio colore mensis inferrentur, quam quo essent vivi, cum in aquis maris verarentur atque hanc vocat Lampridius condituram veneram: sic dictam à colore veneto qui idem est, vel ad finis admodum coloris maris, sive τοῦ θαλασσοειδέως. Cibos etiam à colore solitos commendari ante dicebamus.

6 Momentarias de rosato & rosis piscinas exhibuit. Sic membranæ: neque necessarium est, quod aliquando existimavimus, esse illa inducenda, & rosis.

7 Et bibit cum omnibus suis. Paullo ante, ipse cum populo bibit in piscina.

bus suis ¹ caldaria de nardo exhibens. Idem ² in lucernis balsamum exhibuit. Idem mulieres nunquam iteravit, præter uxorem. Lupanaria domi amicis, clientibus & servis exhibuit. Idem ³ nunquam minus c. h. s. cœnavit, hoc est argenti libris triginta. ⁴ Aliquando

GRUTERUS.

¹ *Caldaria de nardo.]* Palat. quoque caldarias, ut subintelligat cellas.

CASAUBONUS.

¹ *Caldaria de nardo exhibens.]* Cellam caldariam in balneis nardino temperans. Alii libri, caldarias, de balnearum cellis tribus alibi diximus, & dixerunt alii.

² *In lucernis balsamum exhibuit.]* Oleum balsaminum, rem rarissimam jam tum, & carissimam.

³ *Nunquam minus c. h. s. cœnavit, hoc est, argenti libris triginta.]* Ridicula lectio: sed ex emendatione præstantissimi Budæi, quam multi postea sibi vindicarunt, scribendum, arg. libris ccl. tot enim efficiunt h. s. centum millia. quo modo illa sunt accipienda, c. h. s. id est, centum sestertiū, nempe millibus. nummis sestertiis libram argenti quadrangens solitam æstimari notum est. Quia tamen hæc emendatio longius abit à vestigiis lectiois vulgatæ: non displicet eorum sententia, qui putant Lampridium peculiari quadam ratione, & minus accurato calculo, ut sit in talibus, trecentas scripsisse, non ducentas quinquaginta. sive notis designes, sive literis perscribas, facilis & frequens depravatio duorum numerorum xxx. & ccc.

⁴ *Aliquando autem tribus millibus h. s. cœnavit.]* Mendosum esse numerum istum & præcedentia & subsequentiâ, si attendimus, palam faciunt. ex antecedentibus colligimus, desiderari hic numerum, qui c. sestertium millia superet: sed certo modo & ut non nimis exorbitet, quod iste facit. nam cum efficiant c. h. s. millia aureos notos, ex Budæi æstimatione, bis mil-

le quingentos; tria hæc millia majorum sestertiū, vel quod idem est, tricies h. s. minorum, efficiunt millia septuaginta quinque aureorum: quod & fidem omnem superat, & superiori summæ nullo modo quadrat. minus vero iis quæ sequuntur. nam addit cœnas Vitellii & Apicii: quis credit Apicium in cœnas singulas septuagena quina aureorum millia impendisse, aut non multo minus? At qui hoc comparatio ista suadet. Vitellius quidem, etsi opibus impetii convivia sua instruebat, ad eam profusionem non accessit. scribit enim Suetonius de sumtu in Vitellianas cœnas, quadrangens millibus nummum eas constituisse: quæ sunt æstimatione eadem, aureorum millia decem. quæ igitur proportio inter Apicii aut Vitellii & Alagabali cœnas? Liquido ex istis constare arbitramur, vix ferri vulgatam loci huius lectio-nem posse. quo autem modo vera lectio restitui debeat, sine meliorum librorum ope nemo potest divinare.

SALMASIUS.

¹ *Caldaria de nardo exhibens.]* Palat. Caldarias. & melius, cellas enim intelligimus.

⁴ *Aliquando tribus millibus h. s. cœnavit.]* Aperte mendosa lectio. nunquam enim sic auctores loquuntur, tria millia sestertiū, ut de majoribus sestertiis accipiatur. hæc enim summam ita exprimerent: tricies sestertia aliquando cœnavit: aut, tricies centis millibus sestertiū. & ita integre illas summam enunciare consuevit Spartianus & ejus collega. Capitolinus: omne autem convivium dicitur æstimatione sexages centis millibus sestertiū. vetustiores dixerunt: æstimatione sexagesies.

autem tribus millibus H-s cœnavit, omnibus supputatis quæ impendit. Cœnas vero & Vitelli & Apicii vit. Pifces ex vivariis suis bubus traxit: per macellum transiens mendicitatem publicam flevit. Parasitos ad rotam aquariam ligabat, & cum vertigine sub

gies sestertio. at tria millia sestertium hoc loco sunt tria sestertia. hoc est aurei, quales erant Romani tunc temporis triginta. quæ summa nimis tenuis, nec ullo modo potest huic loco convenire. legendum igitur: *trecentis millibus sestertium*, non *tribus millibus*. Alagabalus nunquam minus centum millibus sestertium cœnavit, aliquando autem trecentis millibus cœnavat, supputatis omnibus, quæ in cœnam impensa essent. & hoc verum est.

1 Pifces ex vivariis suis. Palat. pifces sevivariis suis. corruptissime, pro pifces e vivariis suis.

CASAUONUS.

1 Pifces ex vivariis suis bubus traxit.] Boum protelo trahi solita e mari plena piscium retia, aut grandiora cete. Extat vetus epigramma, quo de hac injuria boves queruntur his verbis.

Ταῦτον πρητύτοιες ἄροτσοῦτιρες
δόρως,

Εἰν ἄλι τὸς γαίης ἀντέρωδρ κημέ-
τας.

Ἀλλὰ καὶ τὴν ἀσίδηρον ἐν ὕδασι ἐλ-
κιδρ ἄμφω,

Μακροτέρων χοίτων ἄμμε σαγ-
πόδες.

Ἰχθυοὶ δὲ ἐν ταχύων λατρεῶνδρ
αἰ ἀλαεργοί.

Ἡ δὲ καὶν πελάγῃ κρηπὶ δρῶσι
βοες.

3 Ad rotam aquariam.] Rotam aquariam five aquilegarum, ut vocat Tertullianus, mentio apud Vitruvium, rei rusticae scriptores, & sæpius apud jurisconsultos. in eundem usum, sed figura diversa, parantur & puteorum tollenones, five κηλόνια, quæ describit philofophus in Mecha-

4 Et cum vertigine sub aquas mittebat.] Exemplum est à rotatione petauristarum: de quibus Manilius libro quinto:

— elatus & ille

Nunc jacet, atque hujus casu suspenditur ille.

SALMASIUS.

2 Parasitos ad rotam aquariam ligabat & cum vertigine sub aquas mittebat.] Rotarum aquariarum mentio apud Vitruvium & alios, sed rotarum aquariarum, quarum hodie multus usus in aquamulinis, & ὑδρολέταις, quando ratio reperta fuerit, elegantissimo epigrammate nondum edito, Antipater docet, qui sua ætate primum illas inventas tradit. sed ipsum epigramma apponamus:

Ἰχθεῖτε χεῖρα μυλαῖοι ἀλετρίδες,
δοῦτε κρηπὶ,

Κῆν ὄρθρον παθλήνη γῆρας ἀλεκ-
τρύωναν.

Δηὸ γὰρ νύμφαισι χορῶν ἐπετέλατ
μέχθρας.

Αἰ ἴκρη ἀκροῦ τὴν ἀλόμδρ τρο-
χίω,

Ἄξονα δινύσσων. ὃ δὲ ἀκίνεωσιν ἐ-
λικταῖς

Στραφῶνται πύρραν κρηλα βύρη
μυλάκων.

Γδύομεθ' ὄρχαῖς βίοτε πάλιν, εἰ
δέχα μέχθρ

Δαίνουσαι Δηὸς ἔργα διδασκό-
μεθα.

quo tempore autem vixit ille Antipater, & utrum sidonius sit an Thesalonicensis, nam duo fuerunt Antipatri epigrammatarii, in editione Græcorum epigrammatum pluribus disputabimus. certum tamen habeo

Η h h s illius

sub aquas mittebat, rursusque in summum revolvebat: eosque *Ixionios amicos* vocavit. Stravit & faxis Lacedæmoniiis ac Porphyreticis plateas in Palatio: quas *Antoninianas* vocavit: quæ faxa usque ad nostram memoriam manserunt, sed nuper eruta & execta sunt. Constituerat & columnam unam dare ingentem, ad quam ascenderetur intrinsecus, ita ut in summo Heliogabulum deum collocaret: sed tantum faxum non invenit, 25 quum id de Thebaide afferre cogitaret. Ebrios amicos plerunque claudebat, & subito nocte leones, & leopardos, & ursos exarmatos immittebat, ita ut experfacti in cubiculo eodem, leones, ursos, pardos, cum luce, vel quod est gravius, nocte invenirent, ex quo plerique exanimati sunt. Multis vilioribus amicis ¹ folles pro accubitis sternebat, eosque reflabat prandentibus illis, ita ut plerunque subito sub mensis invenirentur prandentes. ² Primus denique invenit ³ stigma in terra

sternere.

illius epigrammatis auctorem esse Antipatrum Thessalonicensem qui temporibus Ciceronis vixit, & Pisonis, in quem extat Ciceronis oratio, & qui Macedoniam proconsule obtinuit, familiaris fuit. nam illi in multis epigrammatis partim editis, partim ineditis, adulatur. ætate igitur Ciceronis inventæ sunt istæ rotæ aquariæ, quæ molendinas versant, & ὑδρομύλων usus tunc primum cognitus, ut ex illo constat epigrammate. *Hydromylarum* etiam mentio apud Vitruvium. qua de re nos alibi plura.

CASAUBONUS.

¹ Ad quam ascenderetur intrinsecus.] Ut in columna Trajani, & aliis coelidibus columnis.

² Folles pro accubitis sternebat.] Fit hodieque, & nos vidimus in Helvetia, ut pulvilli qui sedentibus subjiciuntur, non tomento aut pluma inferciantur, sed vento insentur: qui si non distenduntur nimis, mollissimam sessionem præbent.

SALMASIUS.

² Folles pro accubitis sternebat eosque reflabat.] Reflatiles toros alio sensu dixit elegans & pius auctor Zeno Veronenis: *reflatilis tori plumes superbo superbi*. ita enim tori plumes solent, illi præsertim qui tenuissima delicatissimaque pluma referti sunt, cum sedendo premuntur, subsidunt & quasi reflantur: si surrexeris, denovo instantur, & intumescunt.

³ Primus denique invenit stigma in terra sternere.] *Stigma* scriptum est in Codice Pal. veteris editio *symma*. sic & alibi scriptum repperi. hoc genere vitiosus circumfertur versiculus Martialis in amphitheatro quem hujus temporis critici magnopere qua correctionibus, qua explicationibus rextantur:

Cæsaris atque Jovis conferunt stemma juvenis:

Patronus ut tulerint, alius iste tulit.
Stemma enim ibi libri omnes scripti editique præferunt. quod quidam in *scamma*, alii in aliud mutant. omnia impe-

sternere, non in lectulis, ¹ ut à pedibus utres per pue-
ros ad reflandum spiritum solverentur. ² Mimicis adul-
teris ea quæ solent simulatò fieri, effici ad verum jus-
sit. ³ Meretrices à lenonibus cunctis redemit sæpe, &
manumisit. Quum inter fabulas privatas sermo esset
ortus quanti herniosi esse possent in urbe Roma, iussit
omnes notari, eosque ad balneas suas exhibere, & cum
iisdem

imperite. *stigma* est, pro *stigma*: ut heic
stigma pro *stigma*. *stigma* vero Taurum
illum vocat qui Jovem tulit. *στῆναι*
enim est ferre & sustinere. unde
στῆμα quod aliquid fert & sustinet,
de quo nos alibi. certum est autem
omnes errasse qui aliter illum ver-
sum acceperunt. sic *stigma* pro *stigma*
apud Prudentium in Romano:

*Dum sanguis extra defluit scaturiens
Perfusa pulcherrima rufo stigmatate.*
ita enim legunt illo loco veteres li-
bri. vulgo *stigmatate*, quod ineptum
est. *stigma* igitur pro *stigma*. sic re-
centiores Græci *ροδοσταμματα* pro *ροδο-
σταμα* dixere. Nicetas Choniates in
Græcobarbarico libro: *ἡ ἡλείφειρ
μυελισμαία ροδοσταμμάτων πω-
σία. μέγιστος ζαπίπια, ἀμπαρ, &c.*

CASAVBONVS.

⁴ *Signa in terra sternere, non in lectu-
lis.* Aliquando non undique ad
mensam convivæ accumbant, sed
ab altera tantum parte: cum quidem
sedentes convivæ, lunatæ figuræ, vel
hemicycli speciem exhibebant. &
cœnationes igitur hujus generis he-
micyclia, & accubita ita strata Sigma-
ta dixerunt, à Græcâ literâ similitu-
dine, ut notum omnibus, observa-
loquendi genus, *sternere sigma in lectis*,
vel *in terra*, pro accubita sternere lite-
ram C referentia, sive in lectis subli-
mia, sive humi, more *στῆδων*. nam
ita fere humi sternebantur stibades,
ex tortis herbis, qui proprie sunt tori,
vel è foeno. quo alludit paullo post,
cum ait Lampridius: *de troco sigma*

*stravit, cum summos viros rogasset ad pran-
dium: pro eorum dignitate dicens se sæ-
num exhibere.*

¹ *Ut à pedibus utres per pueros ad re-
flandum spiritum solverentur.* Legebam,
ut *utres per pueros à pedibus ad refl. sp.
solv.* & verum quidem est, istos qui
utres solvebant, fuisse pueros à pedi-
bus, qui de more pone convivantes,
vel ad pedes eorum stabant. sed nihil
mutandum: nam pedes quorum hic
mentio, sunt utrium pedes, qua im-
plentur vel deplentur utres. Latini
os, luram, amicum, & pedem aut
pediculum dixerunt: Græci similiter,
στῆμα ἀσπυ, & *πόδα*, sive *ποδῶνα*.

² *Mimicis adulteris ea quæ solent simu-
lato fieri, effici ad verum iussit.* Similis
crudelitatis exempla in Commodo
sunt notata: cujusmodi hoc est: *Sacra
Mithriaca homicidio vero polluit; cum illic
aliquid ad speciem timoris vel dici vel fingi
soleat. à mimicis autem adulteris si-
mulatò pœnæ exactæ, quæ vere ab
adulteris veris: ut raphanus eos in-
traret, vel mugil, & his similia.*

SALMASIUS.

² *Mimicis adulteris.* *Adulteris, in
Palatino. adulteria sunt adulteri: ut
matrimonia & conjugia pro conjugibus;
regna pro regibus; & spectacula pro spe-
ctatoribus. & alia ejusdem modi ali-
bi nobis notata. Scal. legebat: in mi-
micis adulteriis.*

³ *Meretrices à lenonibus cunctis rede-
mit sæpe & manumisit.* *Lego: meretri-
ces à lenonibus cunctas redemit sæpe, &
manumisit. ita Pal.*

1 Cla-

iisdem lavit, nonnullis etiam honestis. ¹ Gladiatores ante convivium pugnantibus sibi frequenter exhibuit. ² Stravit sibi triclinium in summo lusorio. ³ Et dum pranderet, noxios & venationes sibi exhibuit. Parafitis in secunda mensa ⁴ sæpe ceream cœnam, ⁵ sæpe eburneam, aliquando fictilem, ⁶ nonnunquam vel marmoream vel lapideam exhibuit: ita ut omnia illis exhiberentur videnda de diversa materia, quæ ipse cœnabat quum tantum biberent per singula fercula, &

manus,

CASAUBONUS.

¹ Gladiatores ante convivium pugnantibus. Hi sunt qui gladiatores cubicularii dicuntur in Commodo. vide & in Vero imper. Capitolinum. Sed hinc vox excidit, ex regio supplenda. Lege igitur, *Gl. à c. pugnantibus, & pyctas sibi fr. ex.* sic sæpe gladiatoribus jungi pyctas sive pyctomachos, sciunt qui non versantur hospites in literis.

² Stravit sibi triclinium in summo lusorio. Ludorum sedes lusoria dixerunt. Cassiodorus sæpius, Salvianus De providentia Dei, libro sexto, & scholiastes Juvenalis antiquus.

SALMASIUS.

² Stravit sibi triclinium in summo lusorio. Lusorium de amphitheatro. vetus Juvenalis interpres, Albanam arenam, Casaris lusorium interpretatur. ubi lusorium est amphitheatrum, ut hoc loco. falsus est vir doctissimus ad hunc locum qui notat Cassiodoro visorium amphitheatrum dici. de theatro ille loquitur. ad verbum enim theatrum est visorium. amphitheatrum compositum dicitur à duobus theatris hoc est visoriis. ludus item de amphitheatro. nam falluntur qui ludum putant de exercitatione tantum dici. nam & de loco dicitur, & de pugna. Suetonius, mirmillonem è ludo vocat. Spartianus, vasa è ludo. ibi ludus est *ἡ μύρομαχων ἡ ἐπιπόρευον*, atque idem fere quod lusorium.

⁶ Nonnunquam vel marmoream. Nonnunquam etiam vel marmoream.

⁷ Ita ut omnia illis exhiberentur. Si nihil mutandum, sic enim loquitur de pagina sequente: nonnunquam cœnam & tabula illis picta exhibebantur, ita ut quasi omnia illis exhiberentur, & tametsi fame macerarentur.

CASAUBONUS.

³ Et dum pranderet. Si cum precedentibus hæc velis connectere, mutata distinctione ante & d. scribendum in fine periodi, & venationes illi exhibuit. nempe in lusorio, ubi triclinium sibi straverat. Vulgare lectio de cubiculariis gladiatoribus loquitur, quos noxios vocat, & de venationibus in privato spectaculo exhibitis intra Palatium. idem mox de privatis circensibus inter epulas.

⁴ Sæpe ceream cœnam. Cave audias virum doctum, qui cœnationem hic emendat pro cœnam. atqui etiam pueri videant nullo modo ferri posse eam lectionem. Sic olim Ptolemæus Sphæro philosopho, ut illi veterum excuteret disciplinæ Stoicorum, qui sapientem falsa opinaturum negabant, in secunda mensa ceream cœnam apposuit: *κνησίδας* nempe *πάσας*, ut refert Diogenes Laërtius libro septimo.

⁵ Sæpe eburneam. Adde, interdum & pictam, ut aliquanto post subjicitur: nam jungi hi duo loci debent.

⁷ Ita ut omnia illis exhiberentur videnda. Doctissimus Petrus Faber, scribendum censebat: non omnia, sed obsonia, quod mihi minus placet.

1 Pri-

manus, quasi comedissent, lavarent. ¹ Primus Romanorum holoserica veste usus fertur, ² quum jam subserica in usu essent. Linteamen lotum nunquam attigit, mendicos dicens qui linteis lotis uterentur. ³ Dalmaticatus in publico post cœnam sæpe visus est, Gurgitem Fabium & Scipionem se appellans, ⁴ quod cum ea veste esset ⁵ cum qua ⁶ Fabius Cornelius ⁷ à parentibus ⁸ ad corrigendos mores adolescentis in publicum essent producti. Omnes de Circo, de theatro, ⁹ de stadio, ¹⁰ & omnibus locis, & balneis meretrices collegit in ædes publicas, & apud eas concionem habuit quasi mili-

¹ Primus Romanorum holoserica veste usus fertur. Viri ante non usi: at cœminæ pridem usæ. Varro Cosmotoryne, *ἡ δὲ φθορᾶς ἡστέρμυς*. mulieres aliam cerneret cum stola holoserica. postea etiam viris receptæ. sed non sine censura graviorum. quare de Aureliano scribit Vopiscus: *Ἰστέμ holosericam neque ipse in vestuario suo habuit, neque alteri utendam dedidit.* Tacitus vero, qui Aureliano successit, holosericam vestem viris omnibus interdixit, teste eodem Vopisco.

² Cum jam subserica in usu essent. De veste subserica vide ad Claudium Trebellii Pollionis.

³ Dalmaticatus in publico p. Idem Lampridius in Commodio: *Dalmaticatus in publico processit.*

⁵ Cum qua Fabius Cornelius. Scribe, Fabius & Cornelius. de Fabii Gurgitis luxu Macrobius libro secundo Saturnaliorum, capite nono. historiam quæ hic tangitur de productis in publicum Fabio Gurgite & Cornelio Scipione in dalmaticis, alibi non memini legere.

⁸ Ad corrigendos mores adolescentis, i. Scribendum, adolescentiæ, vel adolescentium. de duobus enim loquitur.

¹⁰ Et omnibus locis. Omnibus locis adilem metuentibus: qui Romæ erant multi: nam ut scribit Dio Chrysostomus in Euboico, in plerisque urbibus sedebant prostibula: *ἐν ὅσι*

μη μόνον ὁυπιρῶν πανταχῶς τὴ πόλει ἀποδεδειγμένων, ἐν τε παρῶν δόξων τῶν καὶ ἀρχαίων ἀληθίων ἀρχαίων τε καὶ ἱερῶν, μεταξὺ τῶ ὄσωνταίων.

SALMASIUS.

² Quum jam subserica in usu essent. Cum iam subserica in usu essent. Subserica scilicet vestes. ita Palat.

⁴ Quod cum ea veste esset cum qua Fabius Cornelius à parentibus ad corrigendos mores adolescentis essent producti. Scribe totum hunc locum sic: quod cum ea veste esset cum qua Fabius & Cornelius à parentibus ad corrigendos mores adolescentis essent producti.

⁹ De stadio & omnibus locis. Omnibus urbis locis, in quibus meretrices mercem suam exponunt, & venalem habent. sic infra: *fertur & una die ad omnes Circi & theatri & amphitheatri, & omnium urbis locorum meretrices lectus cuculione mulionico ne agnosceretur ingressus.*

GRUTERVS.

⁶ Fabius & Cornelius. Ita expresse Palatin. noster. vulgatis prius aberat copula & omnino necessaria.

⁷ A parentibus ad corrigendos mores, adolescentes in publicum essent producti. Sic scripsi, sic distinxī, sequutus fidem membranarum Palatarum. antea legebatur, *mores adolescentis in publicum,* &c.

militarem, dicens eas *commilitones*: disputavitque de generibus schematum & voluptatum. Adhibuit in tali concione postea lenones, exoletos undique collectos, & luxuriosissimos puerulos & juvenes. Et quum ad meretrices muliebri ornatu processisset, ¹ papilla ejecta ² exoletos habitu puerorum qui prostituuntur, post concionem pronuntiavit his quasi militibus ternos aureos donativum. Petiitque ab his ut à diis peterent ut alios haberet ipsis commendandos. Jocabatur sane ita cum servis ut eos juberet millena pondo sibi araneorum deferre proposito præmio, collegisseque dicitur decem millia pondo araneorum, dicens, & hinc intelligendum quam magna esset Roma. ³ Mittebat parasitis

¹ Papilla ejecta exoletos habitu.] Videtur requiri prapositio, papilla ejecta ad exoletos, &c.

CASAUBONUS.

¹ Papilla ejecta.] Eleganter ejicere papillam, pro exerere & nudare. Juvenalis,

— tum nuda papillis

Constitit auratis, — & alibi,

— Mœvia Tuscum

Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma.

² Exoletos, habitu puerorum qui prostituuntur.] Male sentiunt, qui scalpellum huic loco admovent. restitue solum & voculam ante exoletos. sensus est planissimus. duplex hic Alagabali processio: ad meretrices papilla ejecta; ad exoletos, habitu puerorum meritoriorum.

SALMASIUS.

¹ Papilla ejecta exoletos habitu puerorum.] Distingue & lege: & quum ad meretrices muliebri ornatu processisset papilla ejecta, ad exoletos habitu puerorum qui prostituuntur.

³ Mittebat parasitis per cellarios salarii annua.] Nescio an mendi arguat hanc lectionem Palatinus, certe diversam

scripturam præfert: legit enim: mittebat parasitis procellarios salarii annua causa cum vanis & scorpis, à quo non abit longe princeps editio, quæ habet: procellarios salarii annua. an scribendum: mittebat parasitis pro cellario salarii annua causa cum vanis & scorpis, &c. cellarium est quod pro pensione cellæ solvitur, quam pro clientibus & parasitis magnates & patroni dependebant. juvenalis:

— sed clamat pensio cella.

sed minime hoc loco isto sensu capi debet. cellarium est quod ex cella penuria depromitur. præter annonas, quo nomine panis vel frumentum proprie intelligebatur, ministris castrensibus, parasitis, & reliquis domesticis Palatinæ domus etiam sal, vinum, oleum, caro bubula, lardum & ceteræ species quæ ex cellario depromuntur deferri solebant. hoc est quod hoc loco vocat; salarii cellarium. cellarienses species dicuntur l. xxxi. C. Theod. de erog. mil. ann. procuratores curiarum, annonarum & cellariensium specierum gratia quas in dignitatibus constituti id est rectores provinciarum & comites solent accipere. per annonas panes intelligit: per species cellarienses, quod alias salarium proprie isti auctores appellant, sal nempe, oleum, bubula, porci-

tis¹ per cellarios salaria annua vasa cum ranis & scorpiis, & cum serpentibus, & hujusmodi monstris. Claudebat in ejuscemodi vasis infinitum muscarum, ² apes mansuetas eas appellans. Quadrigas circensium ²⁷ in tricliniis & in porticibus sibi semper exhibuit pransitans & coenitans, ⁴ convivas senes agitare cogens, ⁵ nonnullos honoratos jam imperatori. jubebat sibi & decem millia murium exhiberi, mille mustellas, mille sorices. ⁶ Dulciarios & lactarios tales habuit ut quaecunque coqui de diversis edulibus exhibuissent, vel structores vel pomarii, ⁷ illi ⁸ modo de dulciis, modo de lactariis exhiberent. Exhibuit parasitis coenas & de vitreis, & nonnunquam ⁹ tot picta mantilia in mensam mittebat his edulibus picta quae apponerentur, quot missus esset habiturus, ¹⁰ ita ut de acu aut de textili pictura

porcina, & cetera quae tribunis, ducibus, rectoribus provinciarum praebantur. cellarium salarii Spartiano dicitur. pro cellario igitur salarii mittebat Helioabalus parasitis suis quotannis vasa plena serpentibus, scorpiis & ejuscemodi monstris.

CASAVBONVS.

¹ Per cellarios.] Hoc est, cum annona quam dividebant cellarii

³ Apes mansuetas.] Nam apes inter fera animalia censentur etiam a juris conditoribus.

⁵ Nonnullos honoratos jam imperatori.] Suspecta mihi illa, jam imperatori. quae si absint non desiderem. mendose in regio, nonnullos jam imperator honoratos.

⁷ Illi modo de dulciis.] Scrib. de dulciis: neque aliter in regio. dulciis tamen iterum infra omnes libri.

¹⁰ Ita ut quasi omnia illis exhiberentur.] Sententia scribi postulat, ita ut quasi oera omnia illis exhiberentur. nisi malis cum Petro Fabro, pro omnia, scribere offensa.

GRUTERUS.

⁵ Nonnullos honoratos jam Imperatori.] Retinet & hanc scripturam Palat.

⁸ Modo de dulciis modo de lactariis.]

Ita quoque Palatinus hoc loco & infra cap. 32.

SALMASIUS.

² Claudebat in ejuscemodi vasis.] Palat. in cujuscemodi. pro in hujuscemodi.

⁴ Convivas senes agitare cogens nonnullos honoratos jam imperatori.] Idem liber: jam imperator. quod verum est, modo ita distinguas: convivas senes agitare cogens, nonnullos honoratos. jam imperator jubebat sibi & decem millia murium exhiberi, mille mustellas, mille sorices. non enim omnia quae haec narrantur, imperator Alagabalus fecit, sed aliqua etiam eorum cum privatus esset, admisit. infra: canes quaternos ingentes junxit ad currum, & sic est vectatus intra domum regiam: idque privatus in agris suis fecit.

⁶ Dulciarios & lactarios.] Dulciarius qui dulcia: lactarius qui lactaria faciunt. unde & lactarium opus. infra: alia de pomis, alia de dulciis, alia de opere lactario. Celsus: lac, mel, ideoque lactaria, atque omne pistorium opus. idem: mel crudum, lac, lactaria omnia. infimae aetatis scriptores lacticina dixerunt.

⁹ Tot picta mantilia.] Mantilia, & ita fere semper scriptum in libr. offendi.

I Juxta

ctura exhiberentur. Nonnunquam tamen & tabule illis pictæ exhibebantur, ita ut quasi omnia illis exhiberentur, & tamen fame macerarentur. Miscuit gemmas pomis ac floribus; jecit & per fenestram cibos totidem quot exhibuit amicis. Jufferat & canonem p. R. unius anni meretricibus, lenonibus, exoletis intramuranis dari, extramuranis alio promisso, quum eo tempore ¹ juxta provisionem Severi & Trajani septem annorum canon frumentarius Romæ esset. Canes quaternos ingentes junxit ad currum, & sic est vectatus intra domum regiam: idque privatus in agris suis fecit. Processit in publicum & quatuor cervis cunctis ingentibus. Junxit sibi & leones, Matrem magnam se appellans. Junxit & tigres, Liberum sese vocans, eodemque habitu agens quo dii pinguntur quos imitabatur. ² Ægyptios dracunculos Romæ habuit ³ quos illi *agathodemonas* vocant. Habuit & hippopotamos & crocodilum & rhinocerotem, & omnia Ægyptia quæ per naturam sui exhiberi poterant. ⁴ Struthiones & camelos exhibuit in cœnis aliquoties, ⁵ dicens præ-

ceptum

CASAUBONUS.

¹ *Juxta provisionem Severi.*] Spartianus in Severo, *Moriens septem annorum canonem reliquit.*

² *Quos illi agathodemonas vocant.*] Non Ægyptii, sed Phœnices ita vocarunt. Philo Bybliensis apud Eusebium, postquam docuit & Phœnices & Ægyptios auctore Taauto divini aliquid attribuisse draconum & serpentum naturæ; & γδ, ait, *Ἰθυσὲς ἰδίῳ ἰσχυρῶ, εἰ μὴ βία ἴνι πολλῶν; τὰ τὸ ζῶον. Φοινίκες ἢ αὐτὸ ἀγαθὸν δειμῶνα καλεῖσιν ὁμοίως ἢ καὶ Αἰγύπτιοι κνήφ' ἐπινομήζουσι.*

SALMASIUS.

³ *Struthiones & camelos exhibuit in cœnis aliquoties.*] Legendum omnino est ut habet Pal. *struthocamelos.* atque ita etiam priusquam eam librum vi-

dissem, scribendum existimavi. ita & Scaligerum legere postea cognovi.

GRUTERUS.

³ *Struthocamelos exhibuit.*] Haud refugi repræsentare ictionem codicis Palatini, qui sic unica dicitur, non ut restat in vulgatis, *Struthiones & Camelos.*

CASAUBONUS.

⁴ *Ægyptios dracunculos Romæ habuit.*] Nam & dracones deliciarum caulis, aut superstitionis domi alebant: quæ de re multa nobis notata in altera Suetonii editione ad librum ejus tertium.

⁵ *Dicens præceptum Judæis ut ederent.*] Falsum est quod affirmat hic Alagabalus: nam diserte utriusque animalis esus Judæis interdictus lege Mosaicæ. sed de struthione quidem minus liquet, propter interpretatio-

nes

ceptum Judæis ut ederent. Illud sane mirum videtur quod dicitur ab eo factum, ut de croco stigma straverit, quum summos viros rogasset ad prandium, pro eorum dignitate dicens se fœnum exhibere. ¹ Trajecit & dierum actus noctibus & nocturnos diebus, ² æstimans hoc inter instrumenta luxuriæ, ³ ita ut sero de somno surgeret & salutari inciperet, manè autem dormire inceptaret. ⁴ Amicis quotidie, nec quenquam facile indonatum relinquebat, nisi quem frugi quasi perditum reperisset. Habuit gemmata vehicula & aurata, con-²⁹temptis argentatis & eboratis & æratis. Junxit & quaternas mulieres pulcherrimas, ⁵ & binas ad papillam, vel ternas & amplius, & sic vectatus est: sed plerumque nudus quum illum nudæ traherent. Habuit & hanc consuetudinem ut octo calvos rogaret ad cœnam, item octo luscos, ⁶ & item octo podagrosos, octo fur-

nes diversas vocis Hebræicæ: nam lululam multi jam olim putaverunt intelligi. de camelo idem dici non potest: cum in prohibitorum animalium albo omnium primum retentetur *למנו* camelus. Pro, *struthiones & camelos*, suspicati sunt nonnulli *struthocamelos* scribi debere: quorum sententiæ omnes scripti editique repugnant.

SALMASIUS.

¹ Trajecit & dierum actus noctibus.] Pal. transferit. Scribendum: *transigit & dierum actus noctibus.*

³ Ita ut sero de somno surgeret.] Sero, id est, vesperi. *δὲ τὸ ἠνέρας.*

⁶ Et item octo podagrosos.] Palat. podagros. ita scribendum. podager enim Latinis dicitur qui podagra laborat. Claudianus:

— stare nequit podager.
in lemmate Anigmatum Symphosii: miles podager. ita enim vetustissimus liber scriptum habet. Græcè *ποδάγροσ*.

CASĀUBONUS.

² Existimans hoc inter instrumenta luxuriæ.] Ea multorum jam olim sententia. Seneca epistola cxxii. *Sunt qui officia lucis noctisque pervertunt, nec ante diducunt oculos besterna graves crapula, quam appetere nox cœpit.* vide plura ibi, & quæ notamus ad Athenæum lib. sexto, capite xxi. Cornelius Tacitus Annalium lib. xvi. C. Petronio dies per somnum, nox officii & oblectamentis vitæ transigebatur.

⁴ Amicis quotidie, nec quenquam facile indonatum relinquebat.] Deest aliquid, quod nemo non videt. nam vel scribendum, *Amicis quotidie aliquid dabat: nec q. aut simili modo ita eandem sententiam.*

GRŪTERVS.

⁴ Amicis quotidie nec quemquam facile indonatum relinquebat.] Expleveris sententiam præposita vöculâ: *Ex amicis quotidie, &c.*

⁵ Et binas ad papillam.] Pal. ad papillum.

furdos, octo nigros, octo longos, ¹ & octo pingues, ² quum capi non possent uno sigmate, ut de his omnibus

SALMASIUS.

¹ *Et octo pingues cum capi non possent uno sigmate.* De sigmate, quid esset, satis in superioribus, abundeque diximus. erat enim stibadium vel accubitum forma lunata vel semicirculari. Græci ἡμικύκλιον dixere: Latini Hemicyclium. nam hæc vox eo sensu, nisi fallor, apud Ciceronem invenitur. Apulejus *semirotondum suggestum vocat.* Scaliger in castigationibus ad hos auctores nondum editis, sigma femirotondam canationem interpretatur, ἡ μίωσειδῆ. Casaubonus quoque supra, sigmata canationes fuisse scribit hemicyclii forma. uterque falsus est: nunquam enim sigma pro canatione usurpatum est, sed pro stibadio quod in canatione sternebatur. Sidonius Apollinaris *stibadii circulum* appellat, & circulare stibadium intelligit: nec enim ibi stibadium pro canaculo, ut quidam accipere. sane tantum inter canationem & sigma est, quantum inter οἶον & ἡμικύκλιον. Pollux de generibus accubitorum: εἶδ' ἂν ἵ ἐστὶ καὶ κείσθ, καλοῖς ἂν κλίνας, κλινοῖς, κλινοῖς, σκίμπος. εἶρη) ἢ ἀσκήσις ἢ σιβάδες ἢ ἡμικύκλια, κλινοῖς, ῥοδονία. ἡμικύκλια, sunt sigmata, nec debet quenquam movere, quod ut οἶον diceretur τρικλινον, πεντακλινον, δεκακλινον, sic dici videatur σίγμα ἑξακλινον, ὀκτώκλινον & ὄνωκλινον. Martialis:

Et testimonium mensus quater hexaclinum

Ingenuit citro non satis esse suo.

aliter enim σίγμα vel σίγμαδον ἑξακλινον. aliter οἶον ἑξακλινον dicitur. nam οἶον vel canatio τρικλινον, & δεκακλινον à numero lectorum vel sigmatum dicitur: sigma vero hexaclinum & octaclinum à numero accubantium quos capere poterat an-

tiqui non solum tres lectos stratos, quibus ad mensam discumbebant ante stibadium & sigmatum usum, triclinium dixere, sed etiam τρικλινον οἶον ita appellavere. Vitruvius, Quintilianus, Suetonius, Phædrus, & ceteri triclinium pro conclavi & canatione ipsa usurparunt. & fallitur deivius qui falli putat eos, qui triclinium de canatione aut basilica dicunt. sed Latini triclinia dixerunt non solum τρικλινος οἶος, verum etiam qui plures lectos tenere possent, plane καὶ χρηστικῶς. Græci vero pro conclavium amplitudine, & numero lectorum, οἶος modo πεντακλινος, modo δεκακλινος vocaverunt, atque hi fuere amplissimi. Latini triclinia de his omnibus dixissent, sed hæc alibi loco aptiore, & commodiore tempore plenius tractabimus.

Et octo pingues cum capi non possent uno sigmate. Perperam de singulis ogdoadibus capit vir doctissimus. octo enim capiebat sigma, ut scimus testimonio Martialis, sed de ogdoade pinguium tantum intelligendum est. facile enim & octo calvos & octo furdos & octo longos, sigma capiebat. octonis quippe hominibus sufficiebat sigma. sed octo pingues qui teneri poterant uno sigmate? plus enim loci occupant octo pingues, quam decem communis habitudinis homines. non mirum igitur, si, cum octo pingues adhiberet, capi non poterant uno sigmate, & hoc faciebat ridiculi gratia. at in octo luscis, octo longis, & aliis ogdoadibus alia fuit causa ridendi.

CASAUBONUS.

² *Cum capi non possent uno sigmate.* Singula nempe ogdoades: nam septenos capiebant sigmata, non octonos. Martialis:

Septem sigma capit.

inter-

bus risus citaret. Donavit & argentum omne convivis quod habuit in convivio, & omnem apparatus poculorum, idque sæpius. ¹ Hydrogarum Romanorum ducum primus publice exhibuit, quum antea militaris mensa esset, quam postea statim Alexander reddidit. ² Proponebat præterea his quasi themata, ut jura nova dapibus condiendis invenirent: cujus placuisset commentum, ei dabat maximum præmium, ita ut fericam vestem donaret, quæ tunc & in raritate videbatur, & in honore. ³ Si aliquis autem displicuisset, jubebat ut semper id comesset, quamdiu tamen melius invenisset. Semper sane aut inter flores sedit, aut inter odores pretiosos. Amabat sibi pretia majora dici earum rerum quæ mensæ parabantur, ⁴ orexin convivio hanc esse asserens. ⁵ Pinxit se ut cupediarium, ut ⁶ seplasiarium, ⁷

fiarium,

interdum tamen & octo capiebantur uno sigmate: ut auctor est idem poeta alibi.

¹ *Hydrogarum Romanorum ducum primus publice exhibuit.*] Gari, sive liquaminis multiplex in usu fuit compositio: quod nomina declarant hydrogari, elæogari (quod & garelæum,) cenogari, oxygari, & his similia, ut de gato sociorum nihil dicam. inter veterum cupedias hæc fuisse sciunt omnes, qui Græcos & Romanos scriptores non ignorant, ut minime sit mirum Romanos in publicis epulis ab istis lautitiis abstinuisse. Ait autem Lampridius, *Rom. ducum*: quia non soli principes populum Ro. epulis exceperunt: sed & libera Rep. imperatores & bellorum duces postquam triumphassent.

² *Cum antea militaris mensa e.*] Parca & castrensibus tantum cibis instructa: de quibus ad Hadriani vitam aliquid. nec dissimile est quod scribit Trebellius Pollio in Saturnino, solitum imperatorem ducibus & militibus suis militare prandium exhibere.

³ *Proponebat præterea his quasi themata.*] Habes similia de regibus Persa-

rum apud Xenophontem, Athenæum, alios.

⁴ *Orexin convivio hanc esse asserens.*]

Juvenalis satyra xv.

Interea gustus elementa per omnia quæ-

runt,

Nunquam animo pretiis obstantibus: in-

terius si

Attendas, magis illa juvant, quæ plaris

emuntur.

hinc illa Senecæ querela, delicatis divitibusque nihil placere nisi carum: Natural. quæst. lib. iv. cap. ult.

⁷ *U. seplasiarium.*] Gloss. *seplasiarius, πυνθηπωλῆς*, melius dixisset *πυθηπωλῆς*: ut ex Plinio notum, & ruderibus Festi.

SALMASIUS.

⁴ *Si aliquis autem displicuisset.*] Optimus liber: si eas autem displicuisset. omnimodo scribendum: si jus autem displicuisset, jubebat ut semper id comesset, quamdiu tamen melius invenisset. lege integrum locum, non negabis recte à nobis sic restitutum.

⁶ *Pinxit se ut cupediarium.*] Pal. & vet. edit. *coppediarium*. lege: *cupedi-*

narium. sic enim scribebant cum du-

fiarium, ut popinarium, ut tabernarium, ut lenonem, idque totum domi semper exercuit. Sexcentorum struthionum capita una coena multis exhibuit ad edenda cerebella. Exhibuit aliquando & tale convivium ut haberet viginti & duo fercula ingentium epularum, sed per singula lavarent, & mulieribus ute-

ren

plici pp. Terentius: *cuppedinarii, coqui*. ita dicti à foro Cuppedinis. quod Varro perperam à Cuppedio quodam dictum autumat. cur enim non forum Cuppedii appellatum est? aut forum *Cuppis*, si Cuppes ille nomen habuit? mirum est Varronem ignorasse *cuppedinem* veteribus Latinis idem esse quod cupidinem, præsertim cum idem notet *forum Cupidinis* à quibusdam dici. *cuppes* veteribus erat cupidus & fastidiosus. Glossæ: *cuppes, fastidiosus, superbus, cupidus*. sic *cuppes* apud Plautum in Trinummio: *harpago, cuppes, mendax, avarus*. hinc *cuppedo*, cupiditas & cupido. Lucretius multis locis *cuppedinem* pro cupidine dixit. lib. v.

Quantæ conscindunt hominem cuppedinis acies

Sollicitum curæ?

lib. iv.

Tam magis ardescit diva cuppedine pectus.
& alibi:

— *cuppedinis atque timoris.*

sic Cicero *cuppediam* pro cupiditate dixit, ne putes Lucretium poetarum more *cuppedinem* cogente versu posuisse pro cupidine. Tuscul. lib. iv. *ambitio, mulierofitas, perversicacia, liguricio, simulentia, cuppedia*. ita enim apud Nonium ex antiquissimo exemplari curavit edendum vir clarissimus. *cuppedia* & *cuppedo* est *λιχρεία*. hinc *forum cuppedinis*, est *forum λιχρείας*. & *cuppediosus*, ὁ λιχνός. *cuppedinarii*, qui res *cuppedinis* vendunt.

7 *Seplasiarium*.] Glossæ: *seplasiarius*, παντοπωλῆς. recte. nam sic vocabatur qui pigmenta, tura, odores, pharmaca & id genus, varias minutasque merces quæcunque pictoribus, tin-

ctoribus & unguentariis condicerent, vendebat. Græci παντοπωλῆος dicunt. Hefychius: παντοπωλῆος, μεροπωλῆος. ὁ ῥῶποι πολλῶν. ῥῶποι ἵλιον ἢ λαπῶν καὶ ποικίλων φερέων. ὁ γὰρ λαπῶν ῥῶποι ἢ ἕκαστον φερέων, μισμοῦ, χρωμῶν, ὅσα ζωγραφίαι, βαφῶν, μωρεψῶν χροίμων. ῥῶποι ἵλιον est *seplasiarius*. atque idem est & παντοπωλῆος. Vegetius: *panacem à seplasiarii comparas*. vulgo legitur: *panacem supplasiarii*. videntur tamen illa ætate *seplasiarium* scripsisse. nam ita legitur in Glossis: *seplasiarius, παντοπωλῆος*.

CASAUBONUS.

1 *Idque totum domi exercuit.*] *Totum*, ut ante monebamus, pro omnia. id est, omnes illas artes.

3 *Una coena multis exhibuit.*] *Regina coena multis coenis exhibuit*. an pro, multis convivis. an hoc verius? *una coena multis exhibuit*. qua lectione auget non parum facti invidia. puto sic, aut potius suspicor.

4 *Viginti & duo fercula ingentium epularum.*] *Hæc fercula per literas erant distincta*: de quo genere infra in Getâ ante dictum.

GRUTERUS.

2 *Sexcentorum struthionum capita una coena multis mensis exhibuit.*] *Adieci veterum mensis*, auctoritate duorum codicum bibliothecæ Palatinæ, quo ipso probe quiescunt aliorum conjectationa.

SALMASIUS.

3 *Una coena multis exhibuit.*] *Sexcentorum struthionum capita una coena multis coenis exhibuit.*

1 Quærit

rentur & ipse & amici, cum iurejurando quod efficerent voluptatem. Celebravit item tale convivium ut apud amicos singulos singuli missus apparerentur, & quum alter maneret in Capitolio, alter in Palatio, alter super Aggerem, alter in Cælio, alter trans Tiberim, & ut quisque mansisset, tamen per ordinem in eorum domibus singula fercula ederentur, ireturque ad omnium domos: sic unum convivium vix toto die finitum est, quum & lavarent per singula fercula, & mulieribus uterentur. Sybariticum missum semper exhibuit ex oleo & garo: quem quo anno Sybaritæ repererunt, perierunt. Dicitur & balneas fecisse multis locis ac semel lavasse, atque statim destruxisse, ne ex usu balneas haberet. Hoc idem de domibus, de prætoriiis, de zetis fecisse dicitur. Sed & hæc nonnulla fidem transeuntia, credo esse ficta ab iis qui in gratiam Alexandri Heliogabalum deformare voluerunt. Fer-

tur

1 Quem quo anno Sybaritæ repererunt, perierunt. Et perierunt. Pal. lege: & perierunt.

2 Idem de zetis quoque fecisse dicitur.] Zeta, ut omnes jam sciunt, sunt diæta, id est, parvæ canationes. sic enim scribebant zetas non zetas: & diætas non diætas. Vetus inscriptio: GRÆSTIO. CIRCINI. A. DIÆTA. APOLLINIS. AD. EANDEM. DIÆTAM. Innocentius de litteris casarum, notis juris exponendis, in casa per z ita scribit: Casa per z nomen habens, fines parvos habet secundum auctoritatem nominis sui. quæsi cur casa per zeta nomen habens, fines breviores haberet, quam quæ per ceteras litteras denominata essent, atque id propter auctoritatem nominis litteræ z. An vox zeta aliquid tale significat? sic enim de termino gamma-to scribunt iidem Agrimensores: G si in termino inveneris ex sui nominis auctoritate, limitem tortuosum ostendit. nam Gamma littera flexuosa est, & negotia designat. hinc in terminis inventa, secundum sui nominis auctori-

tem, tortuosum limitem id est gammatum significat. quid ita vero secundum hanc nominis sui auctoritatem zeta parvos fines ostendit? non dubium est quin ad significationem zeta respexerint. nam zeta non litteræ tantum nomen est, sed etiam parvi membri vel canaculi. simili plane modo scribebatur zeta littera, & zeta pro diæta. secundum hanc igitur nominis rationem casa hac littera zeta insignita, & inde nominata, parvos fines habebat: zeta enim parvam canationem significabat.

CASAUBONUS.

3 De zetis.] Erat scribendum zetas, nam zeta est diæta, ut primus docuit Hadrianus Turnebus: sed ita scripserrunt. ut diæta quoque scribebant. Glossarium, Ζαίτα, τοῦ ἀσπιδίου, diæta, cenaculum.

4 Sed & hæc nonnulla fidem transeuntia.] Scrib. Sed & hæc, & nonnulla alia s. t.

kii 3

I Amul

tur & meretricem notissimam & pulcherrimam redemisse C. H. S. eamque intactam, velut virginem coluisse. Huic eidem privato quum quidam diceret, *Non times pauper fieri?* dixisse dicitur, *Quid melius quam ut ipse mihi heres sim & uxori mea?* Habuerat præterea facultates, à multis dimissas gratia patris. Idem filios se nolle dicebat, ne quis ei frugi contingeret. Odores Indicos sine carbonibus ad vaporandas zetas jubebat incendi. Iter privatus nunquam minus sexaginta vehiculis fecit, avia sua Varia reclamante quod omnia perditurus esset. Imperator vero etiam sexcenta vehicula dicitur duxisse, afferens decem millibus camelorum Persarum regem iter facere, & Neronem quingentis carrucis iter iniisse. Causa vehiculorum erat lenonum, lenarum, meretricum, exoletorum, subactorum etiam bene vasatorum multitudo. In balneis semper cum mulieribus fuit, ita ut eas ipse psilothro curaret; ipse quoque barbam psilothro accurans: quodque

1 *A multis dimissas gratia patris.] Dicitur nove pro relinquere testamentum vel donare.*

2 *Odores Indicos sine carbonibus ad vaporandas zetas jubebat incendi.] Cœnationes suas antiqui velis ac specularibus muniebant, & igne multo hiemem domabant, ut scribit Seneca in quarto Naturalium. ignis autem hic fuit ἀποκαυσις, & prunarum quas in faculis vel bacillis inferebant cœnationibus. At hic ganeo loco carbonum thus, cinnamomum, casiam, costum, & alia odorata jubebat accendi. vaporare pro calefacere pueri Latinitatis verbum est.*

3 *Neronem quingentis carrucis iter iniisse.] Suetonium iste non legerat: cujus sunt de Nerone verba: nunquam carrucis minus mille fecisse iter. regitur.*

GRUTERUS.

3 *Et Neronem quingentis carrucis.] Fabula isthac ei profecto narrata à pa-*

rasitis. quare cum legamus apud Suetonium *nunquam minus mille iter fecisse*, suspicor excidisse hic eum numerum, scriptumque, & *Neronem M. D. carrucis*, ut nocuerit loco, quoniam expressum esset illud mille notatum, non etiam literis omnibus.

SALMASIUS.

4 *Ipse quoque barbam psilothro accurans.] Accurare & curare proprium huic rei verbum. nam psilothro accurare, & dropace curare dicebant ἰσθρὸν ἀποκαυσις.*

5 *Quodque pudendum dictu video quo mulieres accurantur & eadem hora.] Nihil in eo pudendum dictu video quod eadem hora barbam psilothro accuraret, qua mulieres vellebantur. itaque legebam: & idem erat rasi, & virilia subactoribus suis, etiam aliquando sic legebam distinguebamque: & eadem rasi virilia subactoribus suis masculina manu sua, qua barbam postea fecit. idem eadem*

que pudendum dictu est, eodem quo mulieres accu-
rabantur, & eadem hora: rasit & virilia subactori-
bus suis, novacula manu sua, qua postea barbam
fecit. Scobe auri porticum stravit & argenti, dolens
quod non posset & electri: idque frequenter quacun-
que

eadem novacula qua barbam sibi
postea fecit, sed nihil mutandum
censo, quando nihil mutant libri.
nam id satis pudendum quod hic eo-
dem psilothro, quo mulieres cura-
bantur, se develletet, & eadem hora.
vetus editio habet: eodem die quo mu-
lieres, & eadem hora. quod ineptum est.

CASAUBONUS.

I Eodem quo mulieres accu-
rabantur, & eadem hora.] Attende diligenter: non
negabis deesse aliquid explendæ sen-
tentia. quid enim adeo detestandum,
si psilothro hoc potius quam alio ac-
curaretur? Lego, eodem quo mulieres
accu-
rabantur loco, & eadem hora.

GRUTERUS.

I Eodem quo mulieres accu-
rabantur.] Locus meus oculis integer. neque
vult usum Helioabalum psilothro
sumpto ex eodem vasculo quo pila-
bantur mulieres; sed, illud ipsum
psilothrum quo usæ fuerant mulie-
res, adhibuisse sibi deinde Imperato-
rem, quod sane pudendum visu di-
ctuque.

2 Subactoribus suis, novacula, manu
sua, qua postea, &c.] Pal. suis ad nova-
clum manu sua, &c. recte, dummodo
fiat, novaculam, quamvis posset quoque
tolerari alterum.

SALMASIUS.

3 Novacula manu sua.] Pal. ad nova-
clum manu sua, radere ad novaculam pro
novacula, sic dictum, ut ad sillam perdu-
cere supra. sic depilari ad caldarium, Ve-
getio de re veterinaria: omnesque pedes
depilatos ad caldarium. & ad siphonem in-
fundere. lib. I. cap. x. ad siphonem autem
paulatim infundes. & ejicere ad manum
lib. I. cap. XLVII. & continuo stercore

ejicies paulatim ad manum. Novaculum
autem pro novacula dixisse veteres
ne dubium quidem est. nam novacu-
lum secundum rationem magis fa-
ctum est. à verbo novare, novaculum:
ut à gubernare, gubernaculum: à cœna-
re cœnaculum. Novare barbam autem ve-
teres dicebant pro radere & levigare.
Arnobius: quid novatio & revelatio pu-
dendorum? levigare paulo ante de ea-
dem re dixerat: facit sumere habitum
puriorum & in speciem levigari nondum du-
ri atque striculi pisonis. sic membra novare
lympha, pro extergere & nitidare &
quasi nova facere. Valerius Flaccus:

Hic sale purpureo, viraque nitentia lym-
pha

Membra novat.

hinc barbam novare, est expolire, &
quasi novam facere. hinc novaculum
instrumentum quo barba novatur &
raditur, & cutis expolitur.

Novaculum.] Sic gubernaculum Vir-
gilio, & circuli. sic ferracla supra, & ver-
nacti. sic sibilatoria apud Vopiscum. &
sibila in veteri inscriptione. sic poelum
apud Arnobium. & alia sexcenta.

4 Qua postea barbam fecit.] Barbam
facere, pro demere & radere. quod et-
iam nunc idiotismo nostro usurpa-
mus. sic & capillos facere & unguis
facere. veteres Glossæ: unguis facere,
ἐξορύξασθαι. unica etiam voce barbare
dixerunt, barbam facere, ut stirpare,
stirpes tollere: & retare, retis flumina
purgare, veteri verbo sic barbare, quod
eodem modo factum, ut pilare pro pi-
los demere, ne quis barbarum illud
verbum existimet & nulla ratione in-
troducatur. inde barbatores, οὐκ ἄριστοι:
& barbatoria, officina tonforum. vete-
res Glossæ: barbatoria, τριφυλοῦς πέλα-
ita enim ibi legendum.

que fecit iter pedibus usque ad equum vel carpentum,
 32¹ ut sit hodie de aurosa harena. Calciamentum nunquam iteravit; annulos etiam negatur iterasse. Preciosas vestes sæpe conscidit, ² vel lanam cepit & appendit, atque ad ejus æstimationem ponderis, pisces amicis exhibuit. Naves onustas merfit in portu, magnanimitatis hoc esse dicens. Onus ventris auro excepit: ³ in myrrhinis & onychinis minxit. Idem dixisse fertur, *Si habuero heredem, dabo illi tutorem qui illum hac facere cogat quæ ipse feci facturisque sum.* Habuit etiam istam consuetudinem ut cœnas sibi exhiberet tales: una die ⁴ nonnisi de fasianis tantum ederet, omnesque missus sola fasianorum carne strueret, item alia die de pullis, alia de pisce illo, & item illo, ⁵ alia de porcis, alia de struthionibus, alia de holeribus, alia de pomis, ⁶ alia de dulciis, alia de opere lactario. Sæpe amicos suos

CASAUBONUS.

1 *Ut sit hodie de aurosa harena.* Nam quacunq[ue] pedibus iter faciebat imperator, sternebatur via aurosa harena. morem hunc & sumptus impensos in eam rem fieri solitos aperit Synesius planissime in oratione De regno: *ὁ μὲν, αἰτ, εἰδὲ τὰ δαφνὸς ἐστὶν ἀνεκτὸν, εἰδὲ ἂν ἐμπειραπατήσητε καὶ φύσιν ἐχέουσα τῆ γῆ. ἀλλὰ δεῖ τὸν χρυσὸν ἐπιφορεῖν, ὡς ἐν τῷ πύργῳ ἡπειρῶν ὁ μὲν ἀπὸ τῆς τε καὶ ὀλιγίδες ἀφαιρομένησιν, καὶ σπυρίαι τις ἐστὶν ἐ φάυλη καὶ τὸ χρῶμα φαίνοντων.* Sed & Alaghalo via aliquando fuit aurosa harena conspersa: ut cum deo suo tensam ducens, retro ambulabat. Herodian. *πῶσιν τῶν ὁδῶν ἡνὸς τρέχων ἐκ παλιν ἑαυτῶ, ἀφορῶν τε εἰς τὸ πρὸθεν ἔσει. ὡς τε τὸ μὴ πρὸς αὐτὸν αὐτὸν ἢ διολιδοῦναι, καὶ ὁρῶντα ὅσως βαίνουσι τῆ ἢ χρυσίζουσα πύργῳ λείψανον ἑαυτοῦ.*

5 *Alia de porcis.* Dubito: nam porcis abstinuisse auctor est Herod. *χοίρων ἀπειχετο. Φοιτικῶν νόμου.*

GRUTERUS.

2 *Vel lanam cepit & appendit.* Palatinus unica dictione *vellemus*. vix scio quid auctor velit istis vocibus & aliquot sequentibus.

SALMASIUS.

3 *In myrrhinis & onychinis minxit.* In epistola Sidonii Papæ: *crustillas & onychinas crustas*. Palatinus heic cum veteri editione legunt: *Onychis*. neo dubium quin *onycha*, auctor dixerit pro *onychina*. sic *electra* pro *electrnis* posuit Capitolinus. sic *aurichalca* posita pro *aurichalcinis* alibi notavimus. sic *aurum* pro *aureo*, & *fagum* pro *figura* dixerunt.

4 *Nonnisi de fasianis tantum ederet.* Idem liber eademque simul editio: *nonnisi fasianis totum ederet*. forte: *nonnisi de fasianis totum ederet*. id est non ederet nisi totum de fasianis. *totum de fasianis edere*, loquutio illorum temporum & auctorum.

6 *Alia de dulciis.* Cave assentiant doctissimo Casaubono corrigenti, de *dulcibus*. nam de *dulciis* verum est. hoc *dulciam*, & hac *glycia* dixere placitas

suos cum Æthiopicis aniculis inclusit nocturnis mansionibus, & usque ad lucem detinuit, quum pulcherrimas his diceret apparatus. Fecit hoc idem etiam de pueris: & tunc, utpote ante Philippum, licebat. Ridebat autem sic nonnunquam ut publice in theatro solus audiretur: ipse cantavit, saltavit, ad tibias dixit,

tuba

vel liba. Glossæ: *dulcium*, *παρακύνθη*. hinc *dulcarii* qui placentas vel dulcia conficiunt. Glossæ: *παρακύνθη* *εἰσοί*, *dulcarii*, *placentarii*. vetus interpres Juvenalis, *mustacea dulcia* interpretatur. — *mustacea perdas*, *σίβαντες* enim, inquit, *antea per nuptias dulcia recedentibus evocare pro aphororetis*. Græci *γλυκάνθη* dixerunt. atque inde vox vetus Latinorum *lucunter*, pro *dulcio*, vel *placenta*. *γλυκάνθη*, *lucunter*. Festus: *lucunter*, *genus operis pistorii*. ita enim legendum apud Festum. sic autem *lucunter* ex *γλυκάνθη* Latini veteres fecerunt, ut *lena* ex *χλεινα*, *γλαῦ* veteris verbum, *γλακῆς*: *lac*, *λακίς*. *Γλακῆ* *φάρμακον*. *Ἄριστοι τε*. sic *χρέος*, *res*. sed & *lucius* Latinis & eandem significationem & eandem habet originem. *γλυκῆς*, *γλυκῆς*, *lucius*, *lucuntis*. ut *Ὀπίεις* *Ὀπίεις*, *Ὀπίεις*, *Ὀπίεις*, *Ὀπίεις*. *Υδροίεις* *Υδροίεις*, *Hydruntis*, *Hydruntis*. falluntur viri docti qui *lucunter* & *lucius* à *λόςκος* deducunt nam si ita esset, primam produceret, quam brevem habet. Varro:

Panis, pemma, lucius, cibus qui pmissimus multo est.

idem: *Κιννα, pemma, lucius, illi nihil ista ministrant.*

sed verum est *lucunterem* esse *γλυκάνθη*, & *lucunterem* *γλυκάνθη*. *γλυκῆς* enim Græce cum dicitur aut *γλυκῆς*, intelligitur *ἀρῆ*. sic *παρακύνθη* & *παρακύνθη ἀπλάς* effertur, cum *ἀρῆ* intelligatur, sic *τυρῆς*, *τυρῆς*, *καί* *ἐλαίς* & *ἀρῆ* profertur. *τυρῆς*, *τυρῆς*, *τυρῆς*. hinc *turunda* Latinis. sic *παρακύνθη*, *placenta*, *πῆλυστα*, *σπυρίδα*. *τιρανία* autem veteres vo-

carunt, quem Græci *τυρῆς*. postea *turunda* dicta est de quovis pastillo, ad formam *turundarum* quæ ex caseo fiebant, confecta. *γλυκῆς* igitur est *lucuntis*, unde *lucuntulus* & *lucuntulus*. *λεγκῆλοι* apud Athen. ex Chryippo Tyansenfi. recentiores *dulcium* vocaverunt. est & *γλυκῆς* genus *placentæ* Hesychio & Athenæo, *ἀρῆ* *γλυκῆς* *οἶνος* *ἢ* *ἐλαίς*. Græci *γλυκῆς* dixerunt, id genus omne, *placentas* & *dulcia*. Hieronymus *dulciamina* vocat in regulis Pachomi. in Græco nimirum fuit, *γλυκῆς*. Moschopolus: *πῆλυστα*, *γλυκῆς*. Suidas: *γλυκῆς*, *ἐσκεῖς*, *παίχρησι* etiam dixerunt. Homerus:

ἢ *χρησὸν* *μελίττω*.

hinc *παίχρησον* *panchrestum*, & *Panchrestarii* confectores *liborum* & *panchrestorum*.

CASAUBONUS.

1 Et tunc, utpote ante Philippum, licebat. In vita Alexandri: *Habuit in animo, ut exoletos veteret, quod postea Philippus fecit.*

2 Ad tibias dixit. Προς αὐτὸς ῥῆσιν εἶπεν. nisi dicere usurpavit pro canere.

SALMASIUS.

1 Et tunc utpote ante Philippum licebat. Scribe ex Pal. & tunc, ante Philippum utpote, licebat. sic enim loquuntur auctores isti. in Antonino Pio: ut undique nuncios, medius utpote, possit accipere. in hoc eodem Heliogabalo supra: Varii etiam nomen idcirco eidem inditum à condiscipulis, quod vario semine, de meretrice utpote, conceptus crederetur.

2 Ad tibias dixit. Heic dicere non est, ῥῆσιν εἶπεν. sed simpliciter, ad ti-

111 5 611

tuba cecinit, ¹pandurizavit, ²organo modulatus est.

Per-

bias dicere, est tibiis canere. sic Græci καὶ αὐλὸν φθῆσιον dicunt, & αὐλὴ φθῆσιον. ita Apulejus ad tibiis agere. sed & idem auctor, ad fistulam dicere posuit, quod est fistula canere. lib. v. r. ut Musæ quidem chororum canerent, tibiis instaret Satyrus, & Paniscus ad fistulam diceret.

CASAUBONUS.

¹ Pandurizavit.] Ignotum antiquis Græcis organum, aut nomen certe. nam Polluce auctore idem est cum eo quod τριχορδον vocabant, quod nervis tribus constaret. Chaldaicum esse inventum scribit idem Pollux. nomen igitur est Barbarum: cujus tamen vestigium in lingua Chaldæorum aut Syrorum nullum agnosco. at Græci Latinique Grammatici aliam etymologiam commenti sunt, more suo. Vetus interpret Horatii: à Panē & fistula & τὸ πᾶνδῆσον inventum celebratur: contentio illa de canendi gloria, inter pastores: ut,

Pan primus calamos cera conjungere plures

Instituit.

ergo his auctoribus πᾶνδῆσον, vel πᾶνδῆσον, vel πᾶνδῆσον, aut πᾶνδῆσον (tot enim modis dicitur) ita nominata, quasi πᾶνδῆσιον. quod & Isidorus innuit. panduræ Varro meminit, & post illum Græci ac Latini multi.

² Organo modulatus est.] Refer ad hydraulica: de quibus Vitruvius, Athenæus, alii. refer eodem & Tertulliani hunc elegantissimum locum magnis viris nuper male acceptum, è cap. viii. lib. De baptismo: Debinc manus imponitur, per benedictionem advocans & invocans Spiritum Sanctum. Sane humano ingenio licebit spiritum (scribe spiritum) in aquam arcessere, & concorporationem eorum accommodatis de super manibus alio spiritu tanta claritatis animare. Deo autem in suo organo non licebit per manus sanctas, sublimitatem modulari spiritum

lem. nihil potest aptius aut venustius hac comparatione fingi. quomodo spiritus in aquis arcessantur declarant ista Vitruvii, inter cætera quæ in descriptione hydraulici organi apud illum leguntur: motione cælium cælestium, spiritus frequens compressus epistolarum aperitur in fuit, & replet anima cælestes. vocat autem concorporationem cælestes qui jungi plures soliti: modo quatuor, modo sex, modo octo, ait Vitruvius. quod ait, accommodatis de super manibus organum animari, idem paullo aliis verbis & Vitruvius: vocat pinnæ, inquit, manibus tacta propellunt & reducunt continenter regulas, multiplicibus modorum varietatibus sonantes extant voces.

SALMASIUS.

¹ Pandurizavit.] Panduram aliter recentiores auctores accepere, aliter veteres. Panduram enim vetustiores trichordum appellarunt, & vocem ipsam acceptam tulerunt Assyris. Pollux: τριχορδον δὲ οὐτὴν Ἀσσυρίων πᾶνδῆσον ἀνομοζων. At Panduram, Isidorus inter ἑμπεδοκλή organa recenset. secunda divisio, inquit, organica est, in his quæ spiritu inflantur completa, in sonum vocis animantur, ut sunt tuba, calami, fistulae, organa, panduria, & cetera similia instrumenta. idem: Pandorius ab inventore vocatus, & c. pandorius dixit Isidorus pro pandarius, & pandurius pro pandurium. nam Græce τὸ πᾶνδῆσον. de quo Virgilius:

Pan primus calamos cera conjungere plures

Instituit. Pan curat oves, vicinæque mox gisteas.

fuit enim apud gentiles Deus pastorali quo primus dispartes calamos ad cantum coaptavit, & studiosa arte composuit. ut igitur paucis absolvam, sciendum recentiores id Panduram & Pandurium nominasse, quod veteribus erat fistula, ex septem calamis compacta, quam κρηγιδίων ἄνευρα Euripides, quam-

Fertur & una die ad omnes Circi & theatri & amphitheatri,

que per septem discrimina vocum obloqui dixit poeta, quamque adeo sic describit illis versibus Ovidius :

Fistula cui semper decrevit arundinis ordo. fistulam igitur ejusmodi quæ plures calamos junctos & ordine decrescen- tes haberet, pandurium & panduram nuncuparunt. Helychius: σύριγξ, πανδύρια. fistulam autem vocare cœperunt, quæ una tantum arundine constaret. hoc discrimen aperte indi- cat Martianus Capella: verum per me- diam, quidam ærestes canonicus semidei, quoniam Hircipodem pandura, Sylvanum a- rundinis enodis fistula sibilatrix, rurestris Fontem tibia dixerunt. quis ille Hirci- pes nisi Pan cui omnes σύριγξα attri- buunt, cujusque imaginem habes ex- pressam versibus Theocriti, quibus inscriptio σύριγξ: eam igitur σύ- ριγξ, Panduram nominat Martia- nus.

2 Organum modulatus est.] Organum hoc loco est υδραυλικόν instrumentum: & organo modulari est υδραυ- λειν. nam ita proprie Græci appella- runt Isidoro recte: Organum, inquit, vocabulum est generale omnium vasorum musicorum. hoc autem cui folles adhiben- tur, illo Græci nomine appellant. ut autem organum dicatur magis ea vulgaris est con- suetudo Græcorum. ejusmodi organo- rum sic proprie dictorum duplex ge- nus fuit, minus & majus. minus, πύργος, cui folles adhiberi dicit Isi- dorus, quod scilicet follibus ventum conciperet, quod hodieque norum est. majus proprie υδραυλικόν, quod aquarum agitatione sonum edebat. utrumque tamen hydraulicon di- ctum. forma vero utriusque par, quam eleganter Græci describunt, & fistu- la inversa similem esse dicunt hoc modo: ἢ ἢ ἐν Σύριγξ καλῶν ἐστὶ σωθῆκη, λίαν ἢ κηρῶ σωπεθεῖσαι, ἢ αὐτοῦ ἐστὶ. ἀλλ' ἢ σπυδαίον τερα αὐλοῖ πολλοῖ, ἕκαστος ἢ μισθὸν ὑφ'

ἐκείνου ὑπολήσαντες εἰς τὸ ἐλάττωσον δὸπ' ἢ μεζάλια. καὶ ἢ τὸ σῆμα τῶ ἀυ- λῶν ἀφιστάμενοι, ἐκ δὲ ταύτης μέρης ὑφ' ἀπὸ ἰσῶν δι' ἀνισότητος ὑφιστησῆ- τας, ὡς ὄρεσθας πλέρουσι τὸ χῆμα ὡς σ- εοικέναι. τῆτω δὲ καὶ τὸ ἐμπυλιν ἐχθὶ ὁ υδρηλος αὐτὸς ἀντετραμυλῆν σὺ- ριγξὶ προσωικῶς. χαλκῆς ἢ ἐστὶν ὁ κῆ- λαμῶ, κῆταθεν δὲ ὑποπυρόργῶ, φύσει ἢ ὁ ἐλάττων, ὑδαλι δὲ μετ' ἔσθ' ἀναθλιβομένη ἢ αὐρον πνέουσα ἢ ἀφίεντι. πολυφώνος τις ἔσθ' αὐλὸς ἐπὶ ἢ ὁ χαλκῆς ἐχθὶ τὸ φέσμα ἢ αὐμῶ- πον. Elegantem organi Hydraulici descriptionem & picturam habemus in Panegyrico Porphyrii, ex qua o- culis subjecta facile constabit inter figuram fistulæ & organi hoc tantum interesse, quod in fistula ea parte qua ori admovetur, æquales invicem sunt calami, quæ pars est superior fistulæ: in organo contra infima pars quæ in- spiratur, æqualibus consistet regulis, cum superior sit inæqualis. Porphy- rius:

Perque modos gradibus surget secunda sonoris Are cavo & calamis pariter crescenti- bus aucta, Quis bene suppositis quadratis ordine ple- ctivis Artificis manus in numeros claudique aperitque Spiramenta. —

horum Hydraulicorum organorum etiam mentio extat apud Wilielmum Masburiensem in rebus Anglicis qui sic ea describit, satis luculenter: extant etiam apud illam Ecclesiam doctrine ipsius monumenta, horologium arte mechanica compositum, organa hydraulica, ubi mirum in modum per aque calefacte violentiam ventus emergens implet concavitate barbi- ti & per multiformes transitus aut fistu- la modulatos clamores emittunt. Gloſſæ veteres: organarius, υδραυλικός.

theatri, & omnium urbis locorum meretrices, ¹ tectus cuculione mulionico ne agnosceretur, ingressus, quum tamen omnibus meretricibus ² sine effectu libidinis aureos donaret, addens, *Nemo sciat, Antoninus hæc donat.*

33 Libidinum genera quædam invenit, ut spinthrias veterum ³ malorum vinceret: ⁴ & omnes apparatus Tiberii & Caligulæ & Neronis norat. Et prædictum eidem erat à sacerdotibus Syris, ⁵ biothanatum se futurum. Paraverat igitur ⁶ funes blatta & serico & cocco intortos, quibus, si necesse esset, laqueo vitam finiret. Paraverat & gladios aureos quibus se occideret si aliqua vis urgeret. Paraverat & in cerauneis & hyacinthis & in smaragdis venena quibus se interimeret, siquid gravius immineret. Fecerat & altissimam turrim, ⁷ substratis aureis gemmatisque ante tabulis, ex qua se præcipitaret, dicens, etiam mortem suam pretiosam esse debere & ad speciem luxuriæ, ut diceretur nemo sic perisse.

Sed

CASAUBONUS.

¹ Tectus cuculione mulionico.] Et galericulo. nam ait Dio, *τὸν ἐπιπέδιον ἡγούσαν ἡρώδην*.

⁴ Et omnes apparatus Tiberii & Caligulæ & Neronis norat. Et præ.] Scribe cum membranis, notaret. Præd. Videtur iste malorum principum historias legisse, ut foedissima quæque illorum flagitia notaret, & sibi ad exemplum proponeret.

⁵ Biothanatum se futurum.] Vox est magica vanitatis, ut ostendit Tertulianus De anima, cap. LVII. vel curiositatis genethliacorum: nam apud Firmicum leges mortem biothanatam, miro loquendi genere. dicunt autem Græci & *βιοθάνωσι*, & *βιοθάνωσις*. Iegi etiam *βιοθάνωσις* in Martyrologiis.

⁶ Funes blatta & serico & cocco intortos.] Id est, funes sericeos purpurei & coccini coloris. Tales illi quos in alium usum Nero habuit paratos, purpura coccoque nexos, ut ait Sue-

tonius. de blatta & blatteo colore duo lumina literarum Turnebus, & Cujacius.

SALMASIUS.

² Sine effectu libidinis.] Sic supra: cum iurjurando quod efficerent voluptatem.

⁷ Substratis aureis gemmatisque ante tabulis.] Vetus editio, Palat. & excepta Spartiani habent: ante se tabulis sic Trebellius Pollio in Gallienis: ita ut primus ordo pilas haberet, & ante se columnas cum statuis, secundus & tertius deinceps *ἀπὸ τῶν ἀπὸν*, columnas. sic contra se porticus, in veteri inscriptione, pro è regione.

GRUTERUS.

³ Malorum vinceret: & omnes apparatus Tiberii & Caligulæ & Neronis norat. Et prædictum, &c.] Fere est ut pronuntium interpungendum; vinceret, & omnes apparatus Tiberii, & Caligulæ, & Neronis. Norat, & prædictum eidem erat.

i Octi-

Sed nihil ista valuerunt. Nam (ut diximus) & occisus est per scurras, & per plateas tractus est sordidissime, per cloacas ductus, & in Tiberim submissus est. Hic finis Antoninorum nomini in rep. fuit, scientibus cunctis istum Antoninum tam vita falsum fuisse quam nomine. Mirum fortasse cuiquam videatur, Constantine venerabilis, quod hæc clades quam retuli, loco principum fuerit, & quidem prope triennio, ita, ut nemo inventus fuerit qui istum à gubernaculis Romanæ majestatis abduceret, quum Neroni, Vitellio, Caligulæ, cæterisque hujusmodi nunquam tyrannicida defuerit. Sed primum omnium ipse veniam peto quod hæc quæ apud diversos reperi, literis tradidi, quum multa improba reticuerim, & quæ ne dici quidem

CASAUBONUS.

1 Occisus est per scurras.] Certissimum est occisum Alagabalum per milites prætorianos: quos quare Lampridius scurras vocet, causam non capio.

2 Hæc clades quam retuli.] Libro sequente, populi inclinatio post illam cladem. & in fine, posteaquam intellexisti, quid mali ista clades habeant. sic alibi. ita etiam usurpatur vox *labes*, & pestis, more Græcorum: qui ita dicunt, ο φθορά, ο λοιμός, ο δόλεθρ.

GRUTERUS.

3 Ita ut nemo inventus fuerit qui istum à gubernaculis, &c.] Palatinus servat, ita ut nemo vir ep. tum fuit, qui istum: notatumque ad oram, vir è P. R. quod essent vir è populo Romano. lectio non omnino inepta, modo confirmaretur item aliis codicibus authenticis.

SALMASIUS.

1 Et occisus est per scurras.] Scurras vocat prætorianos milites, qui scurrarum officium sustinebant. ita enim in Alexandro Severo: unus ex Germanis qui scurra officium sustinebat. scurras appellabant, qui alio nomine dome-

stici dicebantur. Græcis οἰκῆοι & οἰκειαχοί. Suidas: Δομῆσιχοι οἱ τῶν Ῥωμαίων ἰππέες, οἱ καὶ Ῥωμαίους οἰκειαχοί πρῶτον ἄντι. Socrates: τῶν δορυφόρων τις ἐς οἰκείους καλεῖ ὁ βασιλεὺς. scurræ igitur Spartiano sunt corpore custodes & protectores principis, qui & domestici dicebantur. posterior ætas buccellarios eisdem vocavit ab eadem ratione. nam buccellarius, & scurra idem. Agaso, domesticus, ad secula, buccellarius, scurra σκώνυμα sunt. Glossæ veteres: βασιλικῶν, βουκελλάρων ὁ ὠργυρίων στρατιώτης, ὁ ὠργυρίων Græcis dicitur quem Latini statorem vocant, qui semper stat ad domini jussa paratus, nec ab ejus latere absistit. hinc Γαργυρίων & Γαργυρίων, servi nomen in Comædiis Græcis. & apud Latinos Comicos Parmeno. plura de scurris & domesticis, buccellariisque principum ad Alexandri Severi vitam dicturi sumus.

3 Ita ut nemo inventus fuerit.] Pal. ita ut nemo vir ep. tum fuerit. forte: ita ut nemo repertus fuerit. vel: nemo vir è populo tum fuerit. nemo vir, ut nemo tutor, in jure, & nemo pater.

x illud

dem sine maximo pudore possunt. Ea vero quæ dixi, prætextu verborum adhibito, quantum potui, texi. Deinde illud quod clementia tua solet dicere, ¹ credidisse reficiendum, *Imperatorem esse, fortuna est.* Nam & minus boni reges fuerunt, & pessimi. Agendum vero quod pietas tua solet dicere, *Ut sint imperio digni quos ad regendi necessitatem vis fatalis adduxerit.* Et quoniam hic ultimus Antoninorum fuit, neque postea hoc nomen in Rep. loco principum frequentatum est, etiam illud addendum est, ne quis error oriatur, quum duos Gordianos narrare cœpero, patrem ac filium, qui se de Antoninorum genere dici volebant, ² non nomen in illis primum fuit, sed prænomen. deinde, ut plerisque in libris invenio, Antonii dicti sunt non Antonii. ³ Hæc sunt de Heliogabalo, ⁴ cujus vitam me invitum & reluctantem, ex Græcis Latinisque collectam, ⁵ scribere ac tibi afferre voluisti, ⁶ quum jam aliorum ante tulerimus. Scribere autem ordiar qui post sequentur: quorum Alexander optimus, ⁷ & cum vera dicendus assertionem, & annorum tredecim princeps: semestres alii, & vix annui & bini. Aurelianus præcipuus, & horum omnium decus, ⁸ autor tui generis Clau-

CASAUBONUS.

¹ Illud quod clementia tua solet dicere credidisse reficiendum.] Vitii compertus locus. Lego, credidisse referendam. vel, ut amicissimus meus, Jacobus Lætitius, cr. esse respiciendum.

⁸ Autor tui generis Claudius.] Constantius pater Constantini per filiam Claudii nepos fuit: nam Claudia ejus mater patrem habuit M. Aurelium Crispum Claudii fratrem.

SALMASIUS.

³ Non nomen in illis primum fuit, sed prænomen.] Pal. sed pronomen.

⁴ Cujus vitam me invitum & reluctantem.] Idem Pal. & editio vetus: retre-stantem, id est recusantem, & nolen-

tem. vide quæ supra de hoc verbo sunt nobis observata.

⁶ Cum jam aliorum ante tulerimus.] Scribendum unica voce, antetulerimus, hinc antelatus apud Zenonem Veronensem & alios. sermo antelatus

GRUTERUS.

² Credidisse reficiendum.] Sic & Palatinus. sed bene conjecit Lætitius noster, credidisse respiciendum.

⁵ Scribere ac tibi offerre voluisti.] Est à Palatino. alii impressi, afferre.

⁷ Et cum vera dicendus assertionem.] Dicitio, assertionem, non exstat in Palatinis à manu valde recenti. forte fuit, & cum cura dicendus.

Claudius: de quo vereor ad clementiam tuam scribens vera dicere, ne malevolis adulatus videar esse. Sed absolvar contra livorem improborum, ¹ quum apud alios clarum esse perspexerim. His jungendi sunt Diocletianus, aurei parens seculi, & Maximianus (ut vulgo dicitur) ferrei, cæterique ad pietatem tuam. Te vero, Auguste venerabilis, multis paginis, iisdemque disertioribus, illi prosequuntur quibus id felicior natura detulerit. His addendi sunt ² Licinius, Severus Alexander atque Maxentius: ³ quorum omnium jus in ditionem tuam devenit: sed ita ut nihil eorum virtuti derogetur. Non enim ego id faciam, quod plerique scriptores solent, ut de his detraham qui victi sunt, ⁴ quum intelligam gloriæ tuæ accedere si omnia de illis quæ bona in se habuerunt, vera prædicaro.

SALMASIUS.

¹ Quum apud alios clarum esse perspexerim. In Pal. quum & apud alios. forte: quoniam id apud alios clarum esse perspexerim.

CASAUBONUS.

¹ Cum apud alios clarum esse perspexerim. Et hic vitium certum: emendatio silentibus libris incerta. minima mutatione scribi potest: cum ap. al. cl. esse perspexerim. nempe illud omne, quod de Claudio sum dicturus. sed puto verius deesse hic aliquid, & corrigendum si non in hæc verba, certe in hanc sententiam: cum id tantum scribam, quod apud alios clarum esse perspexerim.

² Licinius, Severus Alexander, Maxentius. Quis iste Severus Alexander? nam duo reliqui notissimi. non potest dubium esse Severum intelligi, qui à Galerio Constantii in imperio collega, Cæsar creatus. atqui non Severus Alexander hic dicebatur; sed Marcus Aurelius Severus. defenda igitur hic vox Alexander: quam imperiti homines inseruerunt, cum purarent eum intelligi, cujus vita sequitur.

³ Quorum omnium jus in ditionem tuam devenit. Ait, jus: nec mutandum: quia etsi perierunt isti, pro tyrannis tamen habitus non sunt: qui Cæsares fuerant, & imperium habebant legitimum: secus quam Cassius, Niger, Albinus, Macrinus & alii, quos aliorum victoria fecit tyrannos, ut in Pescennio loquitur Spartianus. tamen & istos interdum scriptores vocant tyrannos: at non Lampridius, privatim, ut hinc apparet, erga istos bene affectus.

GRUTERVS.

¹ Cum & apud alios clarum esse perspexerim. Interposui voculam & momente Palat. adeo ut omnia clara sint futura hujus loci, si præterea mutaverimus, perspexerim in perspexerint. quod & placebat optimo Casaubono.

⁴ Cum intelligam gloriæ tuæ accedere, se omnia de illis quæ bona in se habuerunt, vera prædicaro. Similis locus supra sine Pescennii Nigri; quem perpendimus ad illud Taciti lib. xii. Annal. cap. 36. Et Cæsar dum suum decus extollit, addidit gloriæ victo.